

HISTOIRE
NATURELLE
DES ANIMAUX
PAR PLINE.

TRADUCTION NOUVELLE,
DES ANIMAUX,
PAR P. B. GOURD, P.
PAR PLINE.

PROFESSEUR DE LANGUES ORIENTALES, DES ÉCOLES CENTRALES DE
PARIS; CI-DEVANT PROFESSEUR D'HÉBREU, DE L'UNIVERSITÉ
DE PARIS; MEMBRE DE LA SOCIÉTÉ D'ÉMULATION DE ROUEN.

In continuatione Plinii sibi praeferentis
supervacua. PLIN. lib. 29.

TOME SECOND.

A PARIS.

DE L'IMPRIMERIE DE DELANCE ET ASSÉLINS
AN. XI — 1803.

DES ANIMALES

PAR PLINIE

HISTOIRE
NATURELLE
DES ANIMAUX
PAR PLINE.

TRADUCTION NOUVELLE,

AVEC LE TEXTE EN REGARD,

PAR P.-C.-B. GUEROULT,

PROFESSEUR de Langues anciennes aux Écoles Centrales de
Paris; ci-devant Professeur d'Éloquence en l'Université
de Paris; Membre de la Société d'Émulation de Rouen.

In contemplatione Naturæ nihil potest videri
supervacuum. PLIN. Lib. xi.

TOME SECOND.

A PARIS,

DE L'IMPRIMERIE DE DELANCE ET LESUEUR.

AN XI—1802.

HISTOIRE
NATURELLE
DES ANIMAUX
PAR PLINE.

TRADUCTION NOUVELLE

AVEC LE TEXTE EN REGARD.

PAR P.-C.-B. GUEROULT,

Professeur de Langues anciennes aux Écoles Centrales de
Paris; ci-devant Professeur d'Hébreu en l'Université
de Paris; Membre de la Société d'Émulation de Rouen.

in contemplatione Naturæ nihil potest videtur
superacuum. PLINE. Lib. xii.

TOME SECOND.

A PARIS,

DE L'IMPRIMERIE DE DELAÏE ET LESUEUR.

AN XI — 1802.

C. PLINII SECUNDI
HISTORIAE
NATURALIS
LIBER NONUS

DES

ANIMAUX,

PAR PLINE.

TOME II.

I

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS
HISTORIAE
LIBER NONUS.

AQUATILIUM ANIMALIUM
GENERA ET NATURÆ.

I. I. ANIMALIUM, quæ terrestria appellavimus, hominum quâdam consortione degentia, indicata natura est. Ex reliquis minimas esse volucres convenit. Quamobrem prius æquorum, amnium, stagnorumque dicentur.

2. Sunt autem complura in iis, majora etiâ terrestribus. Causa evidens, humoris luxuria. Alia sors alitum, quibus vita pendentibus. In mari autem tam latè supino, mollique ac fertili nutrimento accipiente causas genitales è sublimi, semperque pariente

HISTOIRE NATURELLE DE PLINE.

LIVRE NEUVIÈME.

DES ANIMAUX

QUI VIVENT DANS L'EAU.

J'AI décrit les animaux que nous avons appelés terrestres, et qui vivent dans une sorte de société avec l'homme. Parmi les autres, les plus petits, sans contredit, sont les volatiles. Je vais donc passer d'abord aux animaux qui peuplent les mers, les rivières et les étangs.

Plusieurs d'entre eux sont plus grands même que les animaux terrestres. L'humide qui surabonde dans leur élément en est évidemment la cause. C'est tout le contraire pour les oiseaux, qui passent leur vie dans l'air. La mer recevant dans l'immensité de son étendue les germes que la nature, toujours active et féconde, répand du haut du ciel, leur fournit

naturâ, pleraque etiâ monstrifica reperiuntur, perplexis et in semet alitèr atque alitèr nunc flatu, nunc fluctu convolutis seminibus atque principiis : vera ut fiat vulgi opinio quidquid nascatur in parte naturæ ullâ, et in mari esse, præterque multa quæ nusquam alibi. Rerum quidem, non solum animalium simulacra esse licet intelligere intuentibus uvam, gladium, serras : cucumim verò et colore et odore similem : quò minùs miremur equorum capita in tam parvis eminere cochleis.

II. 3. Plurima autem et maxima in Indico mari animalia, è quibus balænae quaternum jugerum, pristès ducentum cubitorum : quippè ubi locustæ quaterna cubita impleant : anguillæ quoque in Gange amne tricenos pedes. Sed in mari belluæ circa solstitia maximè visuntur. Tunc illic ruunt turbines, tunc imbres, tunc dejectæ montium jugis procellæ ab imo vertunt maria, pulsatasque ex pro-

une nourriture douce et propre à faciliter leurs développemens : et même c'est là que se forment la plupart des monstres, parce que ces germes se mêlent et se confondent ensemble, agités en tout sens et par les vents et par les flots; en sorte que l'opinion du vulgaire s'accorde avec la vérité, quand il croit que tout ce qui naît dans chacun des autres élémens est aussi dans la mer, et qu'on y voit de plus une infinité de productions qui n'existent nulle part ailleurs. Du moins on peut se convaincre que non-seulement les êtres vivans, mais les choses même inanimées, ont leurs ressemblances dans cette partie de la nature, lorsqu'on y considère la grappe, l'épée, la scie, le concombre avec la couleur et l'odeur du concombre terrestre. Ne soyons donc plus étonnés de reconnoître la tête du cheval dans le foible limaçon.

La mer Indienne, plus abondante qu'aucune autre, produit aussi les plus grands animaux : des baleines de neuf cents pieds (1), des scies de deux cents coudées, des langoustes de quatre coudées : on trouve dans le Gange des anguilles de trente pieds. Mais c'est au temps des solstices qu'on voit surtout apparôître ces êtres monstrueux. Alors les vents, les orages, les tempêtes, se précipitant du sommet des montagnes, agitent ces mers dans toute leur profondeur, et roulent avec les vagues ces ani-

fundo belluas cum fluctibus volvunt : et aliàs tantâ thynnorum multitudine , ut Magni Alexandri classis haud alio modo , quàm hostium acie obviâ , contrarium agmen adversâ fronte direxerit : alitèr sparsis non erat evadere : non voce , non sonitu , non ictu , sed fragore terrentur , nec nisi ruinâ turbantur.

Cadara appellatur Rubri maris peninsula ingens. Hujus objectu vastus efficitur sinus , duodecim dierum et noctium remigio enavigatus Ptolemæo regi , quandò nullius auræ recipit afflatum. Hujus loci quiete præcipuâ ad immobilem magnitudinem belluæ adolescent. Gedrosos , qui Arabin amnem accolunt , Alexandri Magni classium præfecti prodidere , in domibus fores maxillis belluarum facere , ossibus tecta contignare , ex quibus multa quadragenùm cubitorum longitudinis reperta. Exeunt et pecori similes belluæ ibi in terram , pastæque radices fruticum remeant : et quædam equorum , asinorum , taurorum capitibus , quæ depascuntur sata.

maux énormes qu'ils enlèvent du fond des abysses. Les thons d'ailleurs y sont en si prodigieuse quantité, que la flotte d'Alexandre se rangea contre eux en ordre de bataille, comme si une armée ennemie fut venue à sa rencontre. Les vaisseaux séparés n'auroient pu s'ouvrir un passage. Les cris, le bruit, les coups ne les épouvantent pas. Ils ne sont effrayés que par un fracas éclatant. Pour les disperser, il faut qu'on les accable.

Dans la Mer Rouge est une grande péninsule, qu'on nomme Cadara. Elle forme, en se prolongeant dans les eaux, un golfe d'une vaste étendue. Le roi Ptolémée employa douze jours et douze nuits pour le traverser à la rame, parce qu'il est absolument à l'abri de tous les vents. Dans ce séjour calme et tranquille, les poissons grossissent au point de n'être plus qu'une masse immobile. Ceux qui commandoient les flottes d'Alexandre, rapportèrent que les Gédroses, situés sur les bords de l'Arabis, faisoient des portes pour leurs maisons avec des mâchoires de poissons, et des solives avec les os, dont plusieurs avoient quarante coudées de long. En ce pays, des troupeaux marins viennent sur la terre, et retournent à la mer après s'être nourris de racines d'arbrisseaux. Quelques-uns ont la tête du cheval, de l'âne ou du taureau, et broutent les champs ensemencés.

III. 4. Maximum animal in Indico mari pristis, et halæna est : in Gallico oceano physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altiorque navium velis diluviem quamdam eructans. In Gaditano oceano arbor in tantum vastis dispansa ramis, ut ex eâ causâ fretum numquàm intrasse credatur. Apparent et rotæ appellatæ à similitudine, quaternis distinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrîmque claudentibus.

IV. 5. Tiberio principi nuntiavit Olisiponensium legatio ob id missa, visum auditumque in quodam specu conchâ canentem Tritonem, quâ noscitur formâ : et nereidum falsa non est, squamis modò hispido corpore, etiàm quâ humanam effigiem habent. Nàmque hæc in eodem spectata litore est, cujus morientis etiàm gannitum tristem accolæ audire longè. Et divo Augusto legatus Galliæ complures in litore apparere exanimis nereidas scripsit. Auctores habeo in equestri ordine splendentes, visum ab his in Gaditano oceano marinum hominem, toto corpore ab-

Les plus grands animaux dans la mer de l'Inde sont la scie et la baleine. Dans l'océan des Gaules, c'est le souffleur qui, s'élevant comme une haute colonne, au-dessus même des voiles des vaisseaux, jette une énorme quantité d'eau. Dans l'océan de Cadix est l'arbre (2) qui prolonge ses branches à une telle distance que l'on croit que c'est par cette raison qu'il n'est jamais entré dans le détroit. On y voit aussi paroître ceux à qui leur forme a fait donner le nom de roues. Ils ont quatre rayons; les yeux sont placés aux deux extrémités du moyeu.

Une députation de Lisbonne fut envoyée à Tibère, pour lui annoncer qu'on avoit vu et entendu, dans une grotte, un triton qui jouoit des airs avec une conque (3). La forme des néréïdes n'est pas une vaine fiction. Seulement elles sont hérissées d'écaïlles, même dans la partie qui ressemble au corps humain. On en vit une qui vint mourir sur ce même rivage, et les habitans entendirent au loin ses glapissements plaintifs (4). Le commandant de la Gaule écrivit à Auguste qu'on apercevoit sur le rivage un très-grand nombre de néréïdes mortes. Des chevaliers Romains de la plus haute considération m'ont assuré avoir vu, dans la mer de Cadix, un homme marin, parfaitement conformed. Ils m'ont dit qu'il montoit la nuit sur

solutâ similitudine : ascendere navigia nocturnis temporibus, statimque degravari, quas insederit, partes : et si diutiùs permaneat, etiàm mergi. Tiberio principe, contrâ Lugdunensis provinciæ litus simul trecentas amplius belluas reciprocans destituit oceanus, miræ varietatis et magnitudinis : nec pauciores in Santonum litore : intèrque reliquas elephantos, et arietes, candore tantùm cornibus adsimulatis, nereidas verò multas. Turranius prodidit expulsam belluam in Gaditana litora, cujus intèr duas pinnas ultimæ caudæ cubita sexdecim fuissent, dentes ejusdem CXX. maximi dodrantium mensurâ, minimi semipedum. Belluæ, cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romæ, apportata ex oppido Judææ Joppe, ostendit intèr reliqua miracula in ædilitate suâ M. Scaurus, longitudine pedum XL. altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinæ crassitudine sesquipedali.

V. 6. Balænæ et in nostra maria penetrant. In Gaditano oceano non antè brumam cons-

des barques, qu'il faisoit pencher la partie où il se posoit, qu'il la submergeoit même, s'il y restoit un peu long-temps. Sous Tibère, la mer, en se retirant, laissa sur le rivage de la province Lyonnaise plus de trois cents animaux, d'une variété et d'une grosseur prodigieuse. La même chose arriva sur les côtes des Santoniens. C'étoient entre autres des éléphants et des bœliers marins : la place des cornes étoit seulement indiquée par une marque blanche. Il s'y trouvoit aussi plusieurs néréïdes. Turranius écrit que la mer jeta sur les rivages de Cadix un poisson, dont la queue avoit à son extrémité seize coudées de largeur ; les plus grosses dents, au nombre de cent vingt, avoient trois quarts de pied de longueur, et les plus petites un demi-pied. Entre les autres merveilles que Scaurus exposa dans son édilité, il fit voir le squelette du monstre auquel on disoit qu'Andromède avoit été exposée. On l'avoit apporté de Joppé, ville de Judée. Sa longueur étoit de quarante pieds. Les côtes étoient plus hautes qu'un éléphant Indien. L'épine avoit un pied et demi de grosseur.

Les baleines pénètrent jusque dans nos mers (5); on dit qu'elles ne paroissent pas avant l'hiver dans l'océan de Cadix, et que, pendant un

pici eas tradunt, condi autem statis temporibus in quodam sinu placido et capaci, mirè gaudentes ibi parere : hoc scire orcas, infestam his belluam, et cujus imago nullâ representatione exprimi possit aliâ, quàm carnis immensæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergò in secreta, ac vitulos earum, aut fetus, vel etiamnum gravidas lancinant morsu, incursuque, ceu Liburnicarum rostris, fodiunt. Illæ ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, et pondere suo oneratæ, tunc quidem et utero graves, pariendive pœnis invalidæ, solum auxilium novere in altum profugere, et se toto defendere oceano. Contrà, orcæ occurrere laborant, seseque opponere et cavetas angustiis trucidare, in vada urgere, saxis illidere. Spectantur ea prælia, ceu mari ipsi sibi irato, nullis in sinu ventis, fluctibus verò ad anhelitus ictusque, quantos nulli turbines volvant.

temps réglé, elles se cachent dans un golfe spacieux et tranquille, où elles se plaisent à faire leur petits. C'est ce que savent les ourques qui leur font la guerre avec acharnement (6), et qu'on ne peut mieux se représenter que comme une masse de chair armée de dents terribles. Ils vont donc les chercher dans leurs retraites, et mettent en pièces les balineaux et même les mères, soit qu'elles aient mis bas ou qu'elles soient encore pleines, et fondant sur elles, ils les percent comme feroit l'éperon d'une galère. Les baleines, sans flexibilité pour se retourner, sans courage pour se défendre, accablées de leur propre poids, et alors encore surchargées par le fardeau qu'elles portent, ou affoiblies par les souffrances de l'enfantement, ne connoissent qu'une seule ressource, c'est de fuir en pleine mer, et de mettre l'océan tout entier entre elles et leur ennemi. Celui-ci fait ses efforts pour les arrêter, il s'oppose à leur passage, il les déchire après les avoir acculées dans des anses d'où elles ne peuvent s'échapper; il les pousse sur les bas fonds, il les froisse contre les rochers. Ce combat est vraiment un spectacle : il semble que la mer soit furieuse contre elle-même. Sans que nul vent se fasse sentir, les flots poussés par le souffle et par le choc des combattans s'agitent et se soulèvent avec plus de force que dans la plus violente tempête.

Orca et in portu Ostiensi visa est, oppugnata à Claudio principe. Venerat tunc exædificante eo portum, invitata naufragiis tergorum advectorum è Galliâ, satiansque se per complures dies, alveum in vado sulcaverat, adtumulata fluctibus in tantum, ut circumagi nullo modo posset, et dùm saginam persequitur, in litus fluctibus propulsa, emineret dorso multum suprâ aquas, carinæ vice inversæ. Prætendi jussit Cæsar plagas multiplices intèr ora portûs : profectusque ipse cum prætorianis cohortibus populo Romano spectaculum præbuit, lanceas congerente milite è navigiis assultantibus, quorum unum mergi vidimus, reflatu belluæ oppletum undâ.

VI. Ora balænæ habent in frontibus : ideòque summâ aquâ natantes, in sublime nimbos efflant.

7. Spirant autèm confessione omnium et paucissima alia in mari, quæ interiorum viscerum pulmonem habent, quoniàm sinè eo

On a vu jusque dans le port d'Ostie un ourque auquel l'empereur Claude livra combat. Il y étoit entré dans le temps qu'on travailloit au port, attiré par le naufrage d'un vaisseau qui apportoit des cuirs de la Gaule. Il s'en repût pendant plusieurs jours et se creusa sous les eaux une espèce de canal, en sorte que les sables amoncelés autour de lui ne lui laissoient plus la faculté de se retourner. Un jour qu'il poursuivoit sa proie, les flots le poussèrent sur le rivage, de manière que son dos s'élevoit au-dessus de la mer comme une carène renversée. L'empereur fit tendre une multitude de filets à l'entrée du port, et lui-même à la tête des cohortes prétoriennes, il donna au peuple romain le spectacle de ce combat. L'assaut fut livré par des barques d'où les soldats faisoient pleuvoir une nuée de lances. J'ai vu moi-même une de ces barques submergée par l'eau dont le souffle de l'ourque l'avoit remplie.

Les baleines ont sur la tête des évents qui, lorsqu'elles nagent à la surface de la mer, leur servent à lancer en forme de jet l'eau qu'elles ont avalée (7).

Tous les auteurs conviennent que ces animaux ne sont pas les seuls qui respirent dans la mer ; ils reconnoissent cette faculté dans quelques autres en petit nombre, qui ont un

nullum animal putatur spirare : nec piscium branchias habentes , anhelitum reddere , ac per vices recipere existimant , quorum hæc opinio est : nec multa alia genera etiã branchiis carentia : in quã sententiã fuisse Aristotelem video , et multis persuasisse doctrinæ indaginibus. Nec me protinùs huic opinioni eorum accedere haud dissimulo : quoniã et pulmonum vice aliis possunt alia spirabilia inesse viscera , ità volente naturã : sicut et pro sanguine est multis alius humor. In aquas quidẽ penetrare vitalem hunc halitum quis miretur , qui etiã reddi ab his eum cernat : et in terras quoque , tantò spissiore naturæ partem , penetrare , argumento animalium quæ semper defossa vivunt , ceù talpæ ?

Accedunt apud me certè efficacia , ut credam etiã omnia in aquis spirare naturæ suæ sorte : primùm sæpè adnotata piscium æstivo calore quædam anhelatio , et alia tranquillo velut oscitatio : ipsorum quoque , qui sunt in adversâ opinione , de somno piscium confessio : quis enim sinè respiratione somno locus ?

poumon, car ils pensent que sans ce viscère nul animal ne peut respirer. Mais ils refusent le mouvement alternatif de la respiration aux poissons qui ont des branchies (8), et même à beaucoup d'espèces qui n'en ont pas. Je vois que ce sentiment a été celui d'Aristote, et que ce philosophe a cité à son appui une foule d'observations savantes. J'avoue franchement que je ne suis pas de son avis, parce que la nature a pu donner à certains animaux d'autres organes qui fassent l'office du poumon, comme elle a donné à plusieurs un autre fluide au lieu de sang. Doit-on s'étonner que l'air respirable pénètre dans l'eau, quand on voit qu'il en sort? Et les animaux qui vivent ensevelis sous la terre, comme la taupe, ne prouvent-ils pas que l'air pénètre dans cet élément beaucoup plus compacte que l'eau?

D'autres raisons me déterminent à croire que tous les poissons respirent naturellement dans l'eau. D'abord on remarque en eux une certaine anhélation pendant les chaleurs de l'été, et une espèce de bâillement quand l'eau est tranquille. Ceux mêmes qui sont d'un sentiment contraire conviennent que les poissons dorment. Or point de sommeil sans respiration. Je pourrois alléguer encore l'élévation de ces

Prætereà bullantium aquarum sufflatio, Lunæque effectu concharum quoque corpora augescientia. Supèr omnia est, quod esse auditum et odoratum piscibus non erit dubium : ex aëris utrumque materiâ. Odorem quidè m non aliud, quàm infectum aëra, intelligi possit. Quamobrem de his opinetur, ut cuique libitum erit. Branchiæ non sunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorso. Et vituli marini, quos vocant phocas, spirant ac dormiunt in terrâ. Itè m testudines, de quibus mox plura.

VII. 8. Velocissimum omnium animalium, non solùm marinorum, est delphinus, ocior volucre, acrior telo, ac nisi multùm infrà rostrum os illi foret, medio penè in ventre, nullus piscium celeritatem ejus evaderet. Sed adfert moram providentia naturæ, quia nisi resupini atque conversi non corripiunt : quæ causa præcipuè velocitatem eorum ostendit. Nam cum fame conciti, fugientem in vada

petites bulles qui se forment sur l'eau , et l'accroissement des coquillages produit par l'influence de la lune. Mais ce qui est le plus décisif, c'est qu'on ne peut nier que les poissons n'aient le sens de l'ouïe et de l'odorat , qui ne peuvent être affectés l'un et l'autre que par les impressions de l'air. L'odeur en effet n'est que l'air chargé d'une matière étrangère. Au surplus , chacun peut adopter l'opinion qui lui plaira. La baleine et le dauphin n'ont point de branchies. Tous les deux respirent par un canal qui aboutit au poumon : dans les baleines il est placé au front , et dans les dauphins sur le dos. Les veaux marins , qu'on nomme phoques , respirent et dorment sur la terre. Il en est de même des tortues, dont je parlerai bientôt plus au long.

Le dauphin surpasse en vitesse tous les poissons (9) et même tous les animaux. L'oiseau est moins prompt , la flèche moins rapide , et s'il n'avoit la bouche placée beaucoup au-dessous du museau , presque au milieu du ventre , nul poisson n'échapperait à sa poursuite. Mais la nature prévoyante a mis un frein à son impétuosité , puisqu'il ne peut saisir sa proie que renversé et tourné sur le dos. Et c'est même ce qui montre surtout son incroyable agilité. Car lorsque pressé par la faim , et poursuivant le

ima persecuti piscem, diutiùs spiritum continere, ut arcu emissi, ad respirandum emicant : tantâque vi exsiliunt, ut plerumque vela navium transvolent. Vagantur ferè conjugia : pariunt catulos decimo mense, æstivo tempore, interim et binos : nutriunt uberibus, sicùt balæna : atque etiàm gestant fetus infantiâ infirmos. Quin et adultos diù comitantur, magnâ erga partum caritate. Adolescent celeritèr, decem annis putantur ad summam magnitudinem pervenire : vivunt et tricenis : quod cognitum præcisâ caudâ in experimentum. Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo : quod eò magis mirum est, si spirare in aquâ non queunt.

Solent in terram erumpere incertâ de causâ : nec statim tellure tactâ moriuntur, multòque ociùs fistulâ clausâ. Lingua est his contra naturam aquatiliùm mobilis, brevis atque lata, haud differens suillæ. Pro voce gemitus humano similis, dorsum repandum, rostrum

poisson qui fuit au fond des abymes, il a long-temps retenu son haleine, il s'élançe comme un trait, afin de respirer hors de l'eau, et bondit d'une telle force que souvent il passe au-dessus des voiles des vaisseaux. Les dauphins ordinairement vont par couples. Les femelles mettent bas au dixième mois, pendant l'été : quelquefois elles donnent deux petits. Elles les allaitent comme la baleine, et même elles les portent sur leur dos tant qu'ils ne sont pas en état de nager; bien plus, elles les accompagnent long-temps après qu'ils sont devenus adultes. Ces animaux ont une grande affection pour leurs petits. Ils croissent promptement. On dit qu'ils ont acquis toute leur grandeur à la dixième année. Ils vivent trente ans, comme on s'en est assuré en coupant la queue à de jeunes dauphins. Ils disparoissent pendant trente jours vers le lever de la canicule : on ignore de quelle manière ils se cachent. Mais la chose devient plus difficile à concevoir, s'il est vrai qu'ils ne puissent respirer dans l'eau.

Ils se jettent assez souvent sur le rivage, sans qu'on en connoisse la cause (10). Ils ne meurent pas aussitôt qu'ils ont touché la terre; mais ils expirent bien plus vite, si le conduit de la respiration est fermé. Leur langue, contre l'ordinaire des animaux aquatiques, est mobile, courte, large, semblable à celle du porc. Leur

simum. Quâ de causâ nomen Simonis omnes miro modo agnoscunt, maluntque itâ appellari.

VIII. Delphinus non homini tantùm amicum animal, verùm et musicæ arti, mulcetur symphonix cantu, et præcipuè hydraulici sono. Hominem non expavescit, ut alienum : obviam navigis venit, adludit exultans, certat etiâ, et quamvis plena præterit vela.

Divo Augusto principe, Lucrinum lacum in-
vectus, pauperis cujusdam puerum, ex Baiano
Puteolos in ludum literarium itantem, cum
meridianò immorans appellatum eum Simonis
nomine sæpius fragmentis panis, quem ob
id ferebat, adlexisset, miro amore dilexit.
Pigeret referre, ni res Mæcenatis, et Fabiani,
et Flavii Alfi, multorumque esset literis man-
data. Quocumque diei tempore inclamatus à
puero, quamvis occultus atque abditus, ex
imo advolabat : pastusque è manu præbebat
ascensuro dorsum, pinnæ aculeos velut va-
ginâ condens : receptumque Puteolos per
magnum æquor in ludum ferebat, simili modo

voix peut se comparer au gémissement humain. Leur dos est voûté, et leur museau relevé. Ils répondent volontiers au nom de *Simo* (11).

Le dauphin n'est pas seulement ami de l'homme (12), il aime aussi la musique. La symphonie lui plait beaucoup, surtout celle des instrumens hydrauliques. L'homme ne lui est pas étranger : il n'en a point peur. Il vient au devant des vaisseaux, se joue en sautant à l'entour, lutte avec eux de vitesse, et les devance, quoiqu'ils voguent à pleines voiles.

Sous l'empire d'Auguste, un dauphin qui étoit entré dans le lac Lucrin, conçut la plus vive affection pour l'enfant d'un homme du peuple. Cet enfant faisoit souvent le voyage de Baies à Pouzoles, pour se rendre aux écoles. En se reposant à l'heure de midi, il avoit accoutumé le dauphin à venir à sa voix, en lui jetant quelques morceaux de pain qu'il apportoit pour lui donner. Je n'oserois rapporter ce fait s'il n'étoit consigné dans les écrits de Mécène, de Fabianus, de Flavius Alphius et de beaucoup d'autres. A quelque heure du jour que l'enfant l'appelât, fût-il caché au fond des eaux, il accouroit et, après avoir reçu de sa main la portion qui lui étoit destinée, il présentoit son dos, en cachant ses pointes comme dans un fourreau : puis il le portoit à Pouzoles à travers la mer, et le ramenoit de la

revehens pluribus annis : donèc morbo extincto puero, subindè ad consuetum locum ventitans, tristis et mærenti similis, ipse quoque (quod nemo dubitaret) desiderio exspiravit.

Alius intrà hos annos in Africo litore Hipponis Diarrhyti, simili modo ex hominum manu vescens, præbensque se tractandum, et adludens natantibus, impositosque portans, unguento perunctus à Flaviano proconsule Africæ, et sopitus (ut apparuit) odoris novitate, fluctuatusque similis exanimi, caruit hominum conversatione, ut injuriâ fugatus, per aliquot menses : mox reversus in eodem miraculo fuit. Injurie potestatum in hospitalès, ad visendum venientium, Hipponenses in necem ejus compulerunt.

Antè hæc similia de puero in Iasso urbe memorantur, cujus amore spectatus longo tempore, dum abeuntem in litus avidè sequitur, in arenam invectus exspiravit. Puerum Alexander Magnus Babylone Neptuni sacerdotio præfecit, amorem illum numinis pro-

même manière. L'enfant mourut de maladie : le dauphin continua de venir au rendez-vous : mais il avoit l'air triste et chagrin. Il mourût bientôt lui-même , et personne ne douta que ce ne fût du regret de ne plus voir son jeune ami.

Dans ces dernières années , près du rivage d'Hippone en Afrique , un autre dauphin recevoit de même sa nourriture de la main des hommes. Il se laissoit manier , jouoit avec les nageurs , les portoit sur son dos. Flavianus , proconsul d'Afrique , le frotta d'essences. Assoupi probablement par cette odeur nouvelle pour lui , on le vit quelque temps flotter sur l'eau , sans donner aucun signe de vie. Il s'abstint plusieurs mois de la société des hommes , comme s'il en eût été repoussé par un outrage. Il revint dans la suite , et présenta le spectacle des mêmes merveilles. Les vexations des hommes puissans , que la curiosité attiroit de toutes parts , déterminèrent les habitans à le tuer.

On cite des faits semblables arrivés dans Iasus avant cette époque. Un dauphin s'étoit arrêté long-temps à considérer un enfant pour lequel il avoit conçu de l'amour. Le voyant s'éloigner du rivage , il le suivit avec trop d'ardeur et , s'étant lancé sur le sable , il y expira. Alexandre fit cet enfant grand prêtre de Nep-

pitii fuisse interpretatus. In eâdem urbe Iasso Hegesidemus scribit et alium puerum, Her-
miam nomine, similiter maria peregritantem,
cùm repentinæ procellæ fluctibus exanimatus
esset, relatum : delphinumque causam leti
fatentem non reversum in maria, atque in
siccò exspirasse. Hoc idem et Naupacti acci-
disse Theophrastus tradit. Nec modus exem-
plorum. Eadem Amphilocho et Tarentini de
pueris delphinisque narrant. Quæ faciunt ut
credatur Arionem quoque citharædicæ artis,
interficere nautis in mari parantibus, ad inter-
cipiendos ejus quæstus, eblanditum ut prius
caneret citharâ, congregatis cantu delphinis,
cùm se jecisset in mare, exceptum ab uno
Tænarium in litus pervectum.

IX. Est provinciæ Narbonensis et in Ne-
mausiensi agro stagnum Latera appellatum,
ubi cum homine delphini societate piscantur.
Innumera vis mugilum stato tempore angustis
faucibus stagni in mare erumpit, observatâ
æstûs reciprocatione. Quâ de causâ prætendi
non queunt retia, æquè molem ponderis nullo

tune à Babylone. L'affection de l'animal lui sembla le gage de la bienveillance du dieu. Hégésidème écrit que, dans la même ville d'Iassus, un enfant nommé Hermias, traversant la mer sur un dauphin, périt par une tempête imprévue : il fut rapporté par le dauphin qui, s'avouant coupable de sa mort, ne retourna point à la mer, et mourut sur le rivage. Théophraste dit que la même chose est arrivée à Naupacte. Je ne finirois pas de citer des exemples. Les habitans d'Amphiloque et de Tarente racontent des faits pareils ; ce qui rend vraisemblable ce qu'on rapporte du musicien Arion. Il étoit en pleine mer. Les matelots s'apprétoient à le massacrer, pour s'emparer des richesses qu'il avoit acquises par son talent. A force de sollicitations, il obtint de chanter encore une fois en s'accompagnant de sa lyre : les dauphins étant accourus à ses doux accens, il se jeta dans les flots : un d'eux le reçut, et le porta jusqu'au rivage de Ténare.

Dans la province Narbonnoise, près de Nîmes, est un étang nommé Latéra, où les dauphins s'associent avec l'homme pour la pêche (13). A une certaine époque de l'année, une prodigieuse quantité de muges s'élance vers la mer par l'étroite embouchure de l'étang. Ils choisissent le moment du reflux ; ce qui empêche qu'on ne puisse tendre les filets,

modo toleratura, etiãmsi non solertia insidietur tempori. Simili ratione in altum protinùs tendunt, quod vicino gurgite efficitur, locumque solum pandendis retibus habilem effugere festinant. Quod ubi animadvertère piscantes, (concurrit autem multitudo temporis gnara, et magis etiã voluptatis hujus avida,) totusque populus è litore quanto potest clamore conciet Simonem ad spectaculi eventum. Celeriter delphini exaudiunt desideria, Aquilonum flatu vocem prosequente, Austro verò tardiùs ex adverso referente. Sed tùm quoque improvisò in auxilium advolant. Properare apparet acies, quæ protinùs disponitur in loco, ubi coniectus est pugnae: opponunt sese ab alto; trepidosque in vada urgent. Tùm piscatores circumdant retia, furcisque sublevant: mugilum nihilominùs velocitas transilit. At illos excipiunt delphini, et occidisse ad præsens contenti, cibos in victoriam differunt. Opere prælium fervet, includique retibus se fortissimè urgentes gaudent: ac ne idipsum fugam hostium stimulet, inter navi-

qui d'ailleurs ne seroient pas capables de soutenir une masse aussi énorme. Par l'effet du même instinct, ils se dirigent de suite vers la haute mer, et se hâtent de fuir le seul lieu propre à tendre les filets. Les habitans qui connoissent l'époque de cette migration, attirés d'ailleurs par le plaisir de cette pêche, s'assemblent sur le rivage. Spectateurs et pêcheurs, tous font retentir au loin les cris, *Simo, Simo*. Les dauphins entendent bientôt qu'on a besoin d'eux. Le vent du nord leur porte la voix. Le vent du midi est contraire. Mais en quelque temps que ce soit, ces fidèles auxiliaires ne tardent pas à paroître. On croiroit voir accourir une armée qui, à l'instant même, prend ses positions dans le lieu où l'action va s'engager. Ils ferment la mer aux muges qui, dans leur épouvante, se rejettent vers les bas fonds. Alors les pêcheurs étendent leurs filets tout à l'entour, et les soulèvent avec des fourches. Les muges néanmoins les franchissent d'un saut agile. Les dauphins fondent sur eux et contents, pour l'instant, de les avoir tués, ils attendent pour les manger que la victoire soit achevée. L'action se soutient, et pressant l'ennemi avec ardeur, ils se laissent volontiers enfermer avec lui; et afin que leur présence ne le fasse pas fuir, ils se glissent insensiblement entre les barques, les filets et les nageurs, de manière

gia et retia natantesve homines ita sensim elabuntur, ut exitum non aperiant. Saltu, quod est aliàs blandissimum his, nullus conatur evadere, ni summittantur sibi retia. Egressus protinùs antè vallum præliatur. Ità peractâ capturâ, quos interemere, diripiunt. Sed enixioris operæ, quàm in unius diei præmium, consciï sibi, opperiuntur in posterum: nec piscibus tantùm, sed intritâ panis è vino satiantur.

X. Quæ de eodem genere piscandi in Iassio sinu Mucianus tradit hoc differunt, quòd ultrò neque in clamati præstò sint, partesque è manibus accipiant, et suum quæque cymba è delphinis socium habeat, quamvis noctu, et ad faces. Ipsis quoque inter se publica est societas. Capto à rege Cariæ, alligatoque in portu, ingens reliquorum convenit multitudo, mæstitiâ quâdam quæ posset intelligi miserationem petens, donèc dimitti rex eum jussit. Quin et parvos semper aliquis grandior comitatur, ut custos. Conspectique sunt jam defunctum portantes, ne laceraretur à belluis.

qu'ils ne lui laissent aucun passage. Quoique naturellement ils se plaisent à sauter, nul n'essaye de s'évader, à moins qu'on n'abaisse le filet. Sortis de l'enceinte, ils recommencent le combat. Quand tout est pris, ils dévorent ceux qu'ils ont tués. Mais sachant qu'ils ont trop bien travaillé pour ne recevoir que le salaire d'un jour, ils se présentent encore le lendemain, et se rassasient non-seulement de poisson, mais encore de pain trempé dans du vin.

Le récit que fait Mucien d'une semblable pêche dans le golfe d'Iassus, diffère en ce que, selon lui, les dauphins viennent d'eux-mêmes, et sans qu'on les ait appelés : ils reçoivent leur part de la main des hommes; et chaque barque a le sien qui l'accompagne, quoique la pêche se fasse de nuit et aux flambeaux. Ils forment aussi entre eux une société politique. Un dauphin ayant été pris par le roi de Carie et enchaîné dans le port, les autres vinrent en grand nombre, et cherchèrent, par des signes non équivoques de tristesse, à exciter la commisération, jusqu'à ce que le roi lui eût rendu la liberté. Les petits sont même accompagnés d'un plus grand qui est comme leur gardien. On en a vu qui portoient le corps d'un autre dauphin, pour qu'il ne fût pas dévoré par les monstres marins.

XI. 9. Delphinorum similitudinem habent, qui vocantur tursiones. Distant et tristitiâ quidem aspectûs : abest enim illa lascivia, maximè tamen rostris canicularum maleficientiæ adsimulati.

XII. 10. Testudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, ut singularum superficie habitabiles casas integant, atque insulas Rubri præcipuè maris his navigent cymbis. Capiuntur multis quidèmodi modis, sed maximè evecatæ in summa pelagi antemeridiano tempore blandito, eminente toto dorso per tranquilla fluitantes : quæ voluptas liberè spirandi in tantum fallit oblitas sui ut, Solis vapore siccato cortice, non queant mergi, invitæque fluitent, opportunæ venantium prædæ. Ferunt et pastum egressas noctu, avidèque saturatas lassari : atque ut remeaverint matutinò, summâ in aquâ obdormiscere : id prodi stertentium sonitu. Tùm adnatate, levitèrque, singulis ternos : à duobus in dorsum verti, à tertio laqueum injici supinæ, atque ità è terrâ à pluribus trahi. In Phœnicio mari

Les marsouins ont quelque ressemblance avec les dauphins (14). Ils en diffèrent par leur air morne et triste ; car ils n'ont pas la gaieté pétulante du dauphin, et leur gueule est aussi malfaisante que celle du milandre.

La Mer Indienne produit des tortues d'une telle grandeur (15) que les habitans couvrent leurs cabanes avec une seule carapace ; ils s'en servent comme de nacelles pour passer aux îles de la Mer Rouge. On pêche les tortues de plusieurs manières, mais surtout en les surprenant lorsque, au milieu du jour, attirées par la chaleur, elles flottent à la surface de la mer. Leur dos tout entier s'élève alors au-dessus des eaux tranquilles. Ce plaisir de respirer en liberté fait qu'elles s'oublient elles-mêmes. Bientôt leur écaille séchée par l'ardeur du soleil ne permet plus qu'elles s'enfoncent : elles flottent malgré elles, et deviennent la proie de qui veut les saisir. On dit encore que, la nuit, elles sortent de la mer pour pâture, et qu'après s'être rassasiées avec avidité, elles y retournent le matin, très-fatiguées du voyage. Elles s'endorment sur l'eau. Le bruit qu'elles font en ronflant les trahit. Alors trois hommes nagent doucement vers chacune d'elles : deux la renversent sur le dos : le troisième lui passe une corde, et d'autres hommes sur le rivage la tirent à terre. Dans

haud ullâ difficultate capiuntur, ultròque veniunt stato tempore anni in annem Eleutherum effusâ multitudine. Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, supernâ parte inferiorem claudente pyxidum modo. In mari conchyliis vivunt, tantâ oris duritiâ, ut lapides comminuant : in terram egressæ, herbis. Pariunt ova, avium ovis similia, ad centena numero : eaque defossa extrâ aquas, et cooperta terrâ, ac pavita pectore et complanata, incubant noctibus. Educunt fetus annuo spatio. Quidam oculis, spectandoque ova foveri ab iis putant : feminas coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat aversæ.

Troglodytæ cornigeras habent, ut in lyrâ, adnexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adjuvant : Chelyon id vocatur, eximiæ testudinis, sed raræ : nàmque scopuli præacuti Chelonophagos terrent. Troglodytæ autèm, ad quos adnatant, ut sacras, adorant. Sunt et terrestres, quæ ob

la Mer Phénicienne on les prend sans difficulté : chaque année , à une certaine époque , elles se rendent en nombre prodigieux dans le fleuve Éleuthère. La tortue n'a point de dents ; mais les bords de la bouche sont garnis de pointes. La mâchoire supérieure ferme la mâchoire inférieure , comme le couvercle d'une boîte. Dans la mer , elles vivent de coquillages : telle est la dureté de leurs mâchoires qu'elles brisent les pierres. Lorsqu'elles vont à terre , elles se nourrissent d'herbes. Elles pondent des œufs semblables à ceux des oiseaux : elles en font jusqu'à cent. Elles les déposent hors de l'eau dans un creux qu'elles recouvrent de terre , elles battent et aplanissent cette terre avec leur poitrine , et couvent pendant la nuit (16). Les œufs n'éclosent qu'au bout d'un an. Quelques auteurs pensent qu'elles les échauffent de leurs regards , et que la femelle se refuse à l'accouplement jusqu'à ce que le mâle lui mette une paille sur le dos.

On voit chez les Troglodytes des tortues qui ont des cornes semblables à celles d'une lyre : ces cornes sont larges , mais mobiles. Elles s'en aident comme de rames pour nager. Cette espèce se nomme *chelyon*. L'écaille en est très-belle , mais elle est rare. Les rochers aigus où il faut la chercher effrayent les Chélonophages. Les Troglodytes , chez qui elles abordent , les révèrent comme sacrées. Il y a aussi des tor-

id in operibus Chersinæ vocantur, in Africae desertis, quâ parte maximè sitientibus arenis squalent, roscido, ut creditur, humore viventes. Neque aliud ibi animal provenit.

XIII. 11. Testudinum putamina secare in laminas, lectosque et repositoria his vestire, Carvilius Pollio instituit, prodigi et sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii.

XIV. 12. Aquatilium tegumenta plura sunt. Alia corio et pilis integuntur, ut vituli, et hippopotami. Alia corio tantum, ut delphini: cortice, ut testudines: silicum duriâ, ut ostreae et conchæ: crustis, ut locustæ: crustis et spinis, ut echini: squamis, ut pisces: asperâ cute, ut squatina, quâ lignum et eborâ poliuntur: molli, ut murænæ: alia nullâ, ut polypi.

XV. 13. Quæ pilo vestiuntur animal pariunt, ut pristis, balæna, vitulus. Hic parit in terrâ: pecudum more secundas partûs reddit. Initu canum modo cohæret: parit non-

tues de terre, dont l'écaille s'emploie pour plusieurs ouvrages : on les nomme chersines. Elles se trouvent dans la partie la plus desséchée des déserts de l'Afrique. On croit qu'elles y vivent de la rosée du ciel. C'est la seule espèce d'animaux qu'on y rencontre.

Carvilius Pollion, homme prodigue par caractère et d'une rare sagacité pour tous les raffinemens du luxe, imagina, le premier, de couper en lames les écailles de tortues, et d'en revêtir les plateaux et les lits de table.

Tous les animaux aquatiques n'ont pas les mêmes tégumens. Les uns sont couverts de cuir et de poil, comme le veau marin et l'hippopotame : les autres ont seulement un cuir, comme le dauphin : une écaille, comme la tortue : une coquille aussi dure que le caillou, comme l'huître et la conque : une croûte, comme la langouste : une croûte et des piquans, comme l'oursin : un tissu de lames écailleuses, comme les poissons : une peau rude et inégale, comme l'ange, dont la dépouille est employée à polir le bois et l'ivoire : une peau molle, comme la murène : d'autres n'ont pas même de peau : tels sont les polypes.

Ceux qui sont vêtus de poil sont vivipares, comme la scie, la baleine et le veau marin. La femelle du veau marin fait ses petits à terre. L'enfantement est suivi d'un arrière-faix, comme

numquàm geminis plures : educat mammis fetum. Non antè duodecimum diem deducit in mare, ex eo subindè assuefaciens. Interficiuntur difficulter nisi capite eliso. Ipsis in sono mugitus : undè nomen vituli. Accipiunt tamen disciplinam, voceque pariter et visu populum salutant : incondito fremitu, nomine vocati, respondent. Nullum animal graviore somno premitur. Pinnis, quibus in mari utuntur, humi quoque vice pedum serpunt.

Pelles eorum etiàm, detractas corpori, sensum æquorum retinere tradunt, semperque aestu maris recedente inhorrescere : prætereà dextræ pinnæ vim soporiferam inesse, somnosque allicere subditam capiti.

14. Pilo carentium duo omnino animal pariunt, delphinus ac vipera.

XVI. Piscium sunt species septuaginta quatuor, præter crustis intecta, quæ sunt triginta.

chez les quadrupèdes. Dans l'accouplement, elle reste attachée au mâle à la manière des chiens. Elle a quelquefois plus de deux petits. Elle les allaite jusqu'au douzième jour dans l'endroit où ils sont nés. Ce n'est qu'à cette époque qu'elle les mène à la mer, les accoutumant peu à peu à vivre dans l'eau. Ces animaux sont très-vivaces. Il est difficile de les tuer à moins qu'on ne leur brise la tête. Leur cri est une espèce de mugissement, qui leur a fait donner le nom de veau. Ils sont susceptibles d'éducation. On les instruit à saluer de la voix et de la tête. Lorsqu'ils s'entendent appeler, ils répondent par un murmure confus. Nul animal ne dort d'un plus profond sommeil. Leurs nageoires leur tiennent lieu de pieds pour se traîner sur la terre.

On prétend que les peaux, même après avoir été enlevées et détachées de l'animal, conservent une sorte de sympathie avec les mouvemens de la mer, et que le poil se redresse toutes les fois que la marée baisse (17). On dit encore que leur nageoire droite a une vertu soporifique, et que, placée sous la tête, elle provoque au sommeil.

Parmi les aquatiques dénués de poil, deux seulement sont vivipares : le dauphin et la vipère (18).

On compte soixante et quatorze espèces de poissons (19), outre les crustacées qui en for-

De singulis aliàs dicemus. Nunc enim naturæ tractantur insignium.

XVII. 15. Præcipuâ magnitudine thynni: invenimus talenta quindecim pependisse. Eiusdem caudæ latitudinem duo cubita et palmum. Sunt et in quibusdam annibus haud minores: silurus in Nilo, esox in Rheno, attilus in Pado, inertîâ pinguescens, ad mille aliquandò libras, catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. Atquè hunc minimus piscis appellatus clupea, venam quamdam ejus in faucibus mirâ cupidine appetens, morsu exanimat. Silurus grassatur, ubicumque est, omne animal appetens, equos natantes sæpè demergens. Præcipuè in Mœno Germaniæ amne protelis boum et in Danubio marris extrahitur porculo marino simillimus: et in Borysthene memoratur præcipua magnitudo, nullis ossibus spinisve intersitis, carne prædulci. In Gange Indiæ platanistas vocant, rostro delphini et caudâ, magnitudine autèm xv. cubitorum. In eodem esse Statius Sebosus haud modico

ment trente. Je parlerai dans la suite de chacune en particulier : je m'occupe ici des plus remarquables.

Les plus grands sont les thons. On a vu un thon qui pesoit quinze talens (20). Sa queue avoit de largeur deux coudées et un palme. Il y a dans quelques fleuves des poissons non moins grands, tels que le silure dans le Nil, l'ésox dans le Rhin, l'esturgeon dans le Pô : celui-ci s'engraisse par l'inaction. Il pèse quelquefois jusqu'à mille livres. On le prend avec un hameçon attaché à une chaîne. Il faut un attelage de bœufs pour le tirer à terre. Cependant un très-petit poisson qu'on nomme clupée, le fait périr, en lui coupant dans la gorge une veine dont il est très-avide. Le silure exerce ses ravages par tout où il se trouve ; il attaque tous les animaux, et souvent entraîne au fond de l'eau les chevaux qui nagent. C'est surtout dans le Mein, rivière de la Germanie, et dans le Danube, qu'on emploie la force des bœufs et des crampons de fer pour tirer à terre le huso. Il devient énorme dans le Boristhène (21). Ce poisson n'a point d'os ni d'arêtes ; sa chair est très-délicate. Les Indiens nomment plataniste un poisson du Gange, qui a le museau et la queue du dauphin. Sa grandeur est de quinze coudées. Statius Sébosus rapporte qu'on trouve dans le même

miraculo affert, vermes branchiis binis, sexaginta cubitorum, cæruleos, qui nomen à facie traxerunt. His tantas esse vires, ut elephantos ad potum venientes, mordicùs comprehensâ manu eorum, abstrahant.

XVIII. Thynni mares sub ventre non habent pinnam. Intrans è magno mari Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fetificant. Cordyla appellantur partus, qui fetas redeuntes in mare autumno comitantur : Limosæ verè, aut è luto pelamides incipiunt vocari : et cùm annum excessere tempus, thynni. Hi membratim cæsi, cervice et abdomine commendantur, atque clidio, recenti dumtaxat, et tùm quoque gravi ructu : ceterâ parte plenis pulpamentis sale adservantur. Melandrya vocantur, cæsis quercûs assulis simillima. Vilissima ex his, quæ caudæ proxima, quia pingui carent : probatissima, quæ faucibus : at in alio pisce circa caudam exercitatissima. Pelamides in apolectos particulatimque consecræ, in genera cybiorum dispartiuntur.

fleuve des vers prodigieux : ils ont deux branchies, et six coudées de longueur. Ils sont bleus. Leur forme leur a fait donner le nom de vers. Telle est leur force que lorsqu'un éléphant vient boire, ils lui saisissent la trompe, et l'entraînent dans l'eau.

Les thons mâles n'ont point de nageoires sous le ventre. Au printemps, ils passent en troupes de la grande mer dans le Pont Euxin. Ils ne frayent pas ailleurs. Les petits qui accompagnent les mères à leur retour, sont appelés *cordyles*. Au printemps suivant, on les nomme *pélamides*, parce qu'ils se cachent dans la vase; et lorsqu'ils ont plus d'un an, on les nomme thons. On les coupe par tranches, et ce qu'on estime le plus, c'est le cou, le ventre et la gorge, mais il faut les manger tout frais : encore alors causent-ils des nausées. Le reste se conserve mariné. On appelle *mélandryes* les tranches qui ont la forme de copeaux de chêne. Les morceaux les plus voisins de la queue sont les moins estimés, parce qu'ils sont secs et maigres. Ceux qui sont près de la gorge sont les plus délicats. Dans les autres poissons, ce sont les parties les plus voisines de la queue qu'on recherche le plus. On coupe les pélamides en morceaux carrés pour les garder marinés.

XIX. Piscium genus omne præcipuâ celebritate adolescit, maximè in Ponto. Causa, multitudo annuum dulces inferentium aquas. Amiam vocant, cujus incrementum singulis diebus intelligitur. Cum thynnis hæc et pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum suis quæque ducibus, et primi omnium scombri, quibus est in aquâ sulphureus color, extrâ qui ceteris. Hispaniæ ceterias hi replent, thynnibus non commeantibus.

XX. Sed in Pontum nulla intrat bestia piscibus malefica, præter vitulos et parvos delphinos. Thynni dextrâ ripâ intrant, exeunt lævâ. Id accidere existimatur, quia dextro oculo plus cernant, utroque naturâ hebetæ. Est in euripo Thracii Bosphori, quo Propontis Euxino jungitur, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustiis, saxum miri candoris, à vado ad summa perlucens, juxta Calchedonem in latere Asiæ. Hujus aspectu repente territi, semper adversum Byzantii promontorium, ex eâ causâ appellatum Aurei Cornûs,

Toutes les espèces de poissons croissent très-vîte, surtout dans la mer du Pont. La cause en est dans le grand nombre de rivières qui viennent y porter des eaux douces. On nomme amia un poisson qui, chaque jour, prend un accroissement sensible. L'amia entre par troupes dans le Pont avec les pélamides et les thons, pour y trouver une nourriture plus douce. Chaque troupe a son chef. Mais ceux de tous les poissons qui entrent les premiers sont les maquereaux. Leur couleur dans l'eau est celle du soufre : hors de l'eau, c'est celle des autres poissons. Les réservoirs d'Espagne en sont remplis. Les thons ne viennent point jusque-là.

Si l'on excepte les veaux marins et les petits dauphins, il ne pénètre dans le Pont aucun animal nuisible aux poissons. Les thons suivent la rive droite, lorsqu'ils entrent; à leur retour, ils suivent la gauche. Ce qu'on attribue à ce que ces animaux qui ont naturellement la vue foible, voyent pourtant un peu mieux de l'œil droit que de l'œil gauche. Dans le Bosphore de Thrace, qui réunit la Propontide à l'Euxin, à l'endroit même où le canal plus resserré sépare l'Europe de l'Asie, est un rocher d'une blancheur éblouissante, qui se fait voir depuis sa racine jusqu'à la surface de l'eau. Il est auprès de Chalcédoine, sur la côte d'Asie. A l'aspect de cette roche éclatante, les thons effrayés se jettent en foule vers

præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantii est, magnâ Calchedonis penuriâ mille passibus mediâ interfluentis euripi. Opperiuntur autem Aquilonis flatum, ut secundo fluctu exeant è Ponto, nec nisi intrantes Portum Byzantium capiuntur. Brumâ non vagantur : ubicumque deprehensi, usque ad æquinoctium, ibi hibernant. Idem sæpè navigia velis euntia comitantes, mirâ quâdam dulcedine per aliquot horarum spatia et passuum millia à gubernaculis spectantur, ne tridente quidem in eos sæpius jacto territi. Quidam eos, qui hoc è thynnus faciunt, pompilos vocant.

Multi in Propontide æstivant : Pontum non intrant. Itèm soleæ, cùm rhombi intrant : nec sepia est, cùm loligo reperiatur. Saxatilius, turdus et merula desunt : sicut conchyliâ, cùm ostreæ abundant. Omnia autem hibernant in Ægeo. Intransium Pontum soli non remeant trichiæ. Græcis enim in plerisque nominibus uti par erit, quandò

le cap de Bysance, qui est à l'opposite, et qu'on a par cette raison nommé le cap de la Corne d'Or. Aussi toute la pêche se fait-elle à Bysance, tandis qu'on n'en prend pas un seul à Chalcédoine, qui n'en est séparée que par un détroit de mille pas. Ils attendent le souffle de l'aquilon pour sortir du Pont avec un flot favorable, et la pêche n'a lieu que lorsqu'ils entrent dans le port de Bysance. Pendant l'hiver ils ne voyagent point. En quelque endroit que cette saison les surprenne, ils y séjournent jusqu'à l'équinoxe. Souvent ils accompagnent les vaisseaux qui vont à la voile. C'est un spectacle fort agréable que de les voir du haut de la poupe suivre ainsi pendant quelques heures et l'espace de plusieurs milles, sans que le trident, lancé sur eux à plusieurs reprises, leur cause aucune épouvante. Quelques auteurs nomment ces thons, *pompiles*.

Beaucoup de poissons passent l'été dans la Propontide, et n'entrent pas dans le Pont. Telles sont les soles : les turbots y entrent. On y voit le calmar : mais la sèche ne s'y rencontre jamais. Parmi les saxatiles, le tourd et le merle ne s'y trouvent pas (22), non plus que les poissons à coquilles, au lieu que les huîtres y abondent. Tous passent l'hiver dans la Mer Égée. Mais de ceux qui entrent dans Pont, les seuls qui n'en reviennent pas, sont les tri-

aliis atque aliis eosdem diversi appellavere tractus. Sed hi soli Istrum amnem subeunt: ex eo subterraneis ejus venis in Adriaticum mare defluunt: itaque et illic descendentes, nec unquam subeuntes è mari visuntur. Thynnorum captura est à Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum: reliquo tempore hiberno latent in gurgitibus imis, nisi tepore aliquo evocati, aut pleniluniis. Pinguescunt et in tantum, ut dehiscant. Vita longissima his biennio.

XXI. Animal est parvum, scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se, et thynno, et ei qui gladius vocatur, crebrò delphini magnitudinem excedenti, sub pinnâ adfigit aculeo: tantoque infestat dolore, ut in naves sæpènumero exsiliant. Quod et aliàs faciunt aliorum vim timentes, mugiles maximè, tam præcipuæ velocitatis, ut transversa navigia interim superjacent.

XXII. 16. Sunt et in hâc parte naturæ auguria, sunt et piscibus præscita. Siculo bello ambulante in litore Augusto, piscis è mari

chias (23). J'observe ici que je suis obligé de me servir des noms grecs, chaque pays ayant donné aux mêmes espèces des noms différens. Les trichias sont les seuls qui entrent dans le Danube. Delà ils descendent à la Mer Adriatique par des conduits souterrains ; mais on ne les voit jamais remonter de cette mer. La pêche des thons se fait depuis le lever des pléiades jusqu'au coucher de l'arcture. Le reste du temps, ils demeurent cachés au fond des abymes, à moins qu'ils n'en sortent dans un temps doux, ou à la pleine lune. Ils s'engraissent au point de se fendre. Leur vie la plus longue est de deux ans.

Un petit animal de la forme du scorpion et de la grandeur de l'araignée s'attache sous la nageoire du thon et d'un autre poisson qu'on nomme épée, et qui souvent est plus grand que le dauphin ; en les piquant de son aiguillon, il leur cause une douleur si atroce qu'ils se jettent dans les vaisseaux. C'est aussi ce qui arrive à beaucoup d'autres, lorsqu'ils fuient des ennemis redoutables, et surtout aux muges, dont la légèreté est si prodigieuse qu'ils sautent quelquefois par dessus les vaisseaux.

Les augures se retrouvent aussi dans cette partie de la nature, et les poissons eux-mêmes ont la prescience de l'avenir. Pendant la guerre de Sicile, Auguste se promenant sur le rivage,

ad pedes ejus exsiliit : quo argumento vates respondere, Neptunum patrem adoptante tum sibi Sex. Pompeio , (tanta erat navalis rei gloria :) « sub pedibus Cæsaris futuros , qui » maria tempore illo tenerent ».

XXIII. Piscium feminae majores quam mares. In quodam genere omnino non sunt mares , sicut in erythis et chanis. Omnes enim ovis gravidæ capiuntur. Vagantur gregatim ferè cujusque generis squamosi. Capiuntur antè solis ortum : tum maximè piscium fallitur visus. Noctibus , quies : et illustribus æquè , quam die , cernunt. Aiunt et si teratur gurgis , interesse capturae : itaque plures secundo tractu capi quam primo. Gustu olei maximè , dein modicis imbribus gaudent , alunturque. Quippè et arundines , quamvis in palude prognatae , non tamen sine imbre adolescent : et aliàs ubicumque pisces in eadem aquâ assidui , si non adfluat , exanimantur.

XXIV. Prægelidam hiemem omnes sentiunt , sed maximè qui lapidem in capite ha-

un poisson s'élança de la mer et vint tomber à ses pieds. C'étoit le temps où Sextus Pompée, fier de ses victoires navales, adoptoit Neptune pour père. Les augures consultés répondirent que ceux qui tenoient alors l'empire des mers seroient mis aux pieds de César.

Parmi les poissons, les femelles sont plus grandes que les mâles. Dans certaines espèces, il n'y a point de mâles; tels sont les rougets et les chanes; car tous ceux que l'on prend sont remplis d'œufs. Les poissons à écailles vont presque toujours en troupes. On les prend avant le lever du soleil: c'est le moment où ils voient le moins. Ils reposent la nuit, et lorsqu'elle est claire, ils discernent les objets aussi-bien que pendant le jour. On prétend que si on agite le fond de l'eau, la pêche sera plus abondante, et que par cette raison on en prend un plus grand nombre au second coup de filet. Ils aiment singulièrement l'huile: les pluies modérées les réjouissent et les font croître. Les roseaux eux-mêmes, quoiqu'ils naissent dans les marais, ne croissent point sans pluie. Les poissons qui demeurent constamment dans la même eau périssent, s'il n'y entre pas une eau nouvelle.

Tous les poissons se ressentent de l'âpreté des hivers, surtout ceux qu'on dit avoir une pierre

bere existimantur, ut lupi, chromes, sciænæ, pagri. Cùm asperæ hiemes fuere, multi cæci capiuntur. Itaque his mensibus jacent speluncis conditi, sicùt in terrestrium genere retulimus. Maximè hippurus et coracinus hieme non capti, præterquàm statis diebus paucis, et iisdem semper : muræna et orphus, conger, percæ, et saxatiles omnes. Terrâ quidè, hoc est, vado maris excavato conditi per hiemes torpedinem, psettam, soleamque tradunt.

XXV. Quidam rursùs æstûs impatientiâ, mediis fervoribus sexagenis diebus latent, ut glaucus, aselli, auratæ. Fluviatilium silurus caniculæ exortu sideratur, et aliàs semper fulgure sopitur. Hoc et in mare accidere cyprino putant. Et alioquì totum mare sentit exortum ejus sideris : quod maximè in Bosphoro apparet. Alga enim et pisces superferuntur, omniaque ab imo versa.

XXVI. 17. Mugilum natura ridetur, in metu capite abscondito, totos se occultari

dans la tête, comme les loups, les chromis, les ombres et les pagres. Après les hivers rigoureux, on en prend beaucoup qui sont aveugles. Aussi, pendant cette saison, restent-ils cachés dans leurs retraites, comme je l'ai dit de quelques animaux terrestres. L'hippurre et le coracin ne se pêchent jamais l'hiver (24), si ce n'est pendant un petit nombre de jours déterminés, qui sont toujours les mêmes. On ne prend pas non plus la murène, l'orphe, le congre, la perche marine, ni aucun saxatile. On dit que pendant l'hiver, la torpille, le turbot et la sole se cachent dans la terre, c'est-à-dire, dans la vase, où ils se font des trous.

D'autres, au contraire, ne peuvent supporter les chaleurs. Ils se cachent soixante jours pendant les ardeurs de l'été, comme le glauque, l'ânon et la dorade. Parmi les poissons de rivière, le silure est en quelque sorte asphyxié par le lever de la canicule; et d'ailleurs le tonnerre l'assoupit toujours. On croit qu'il en est de même pour la carpe de mer. Au surplus, la mer entière ressent l'impression de la canicule au lever de cet astre: ce qu'on observe surtout dans le Bosphore. Les poissons et les herbes marines y sont portés à la surface des eaux, et tout est bouleversé de fond en comble.

L'instinct des muges a quelque chose de risible. Quand ils ont peur, ils se cachent la

credentium. Iisdem tamen tanta salacitas, ut in Phœnice, et Narbonensi provinciâ, coitûs tempore, è vivariis marem lineâ longinquâ per os ad branchias religatâ emissum in mare, eâdemque lineâ retractum, feminæ sequantur ad litus, rursûsque feminam mares partûs tempore.

XXVII. Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, unus omnium squamis ad os versis, contrâ quàm in nando meant, nullo nunc in honore est : quod quidè miror, cùm sit rarus inventu. Quidam eum elopem vocant.

XXVIII. Postea præcipuam auctoritatem fuisse lupo, et asellis, Cornelius Nepos, et Laberius poeta mimorum, tradidere. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, à candore mollitiâque carnis. Asellorum duo genera : callariæ, minores : et bacchi, qui non nisi in alto capiuntur, ideò prælati prioribus. At in lupis, in amne capti præferuntur.

XXIX. Nunc scaro datur principatus, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisque

tête , croyant qu'on ne les aperçoit plus. Toutefois ils sont si ardens en amour que , dans la Phénicie et la province Narbonnoise , lorsqu'au temps de l'accouplement on lâche à la mer un mâle attaché à une longue ficelle qui passe de la gueule aux branchies , et qu'on le retire par la même ficelle , les femelles le suivent jusqu'au rivage. Dans la saison du frai , la femelle est pareillement suivie par les mâles.

L'esturgeon , regardé chez les anciens comme le premier des poissons , et le seul dont les écailles soient tournées vers la tête , ne jouit plus aujourd'hui d'aucune estime. J'en suis étonné , car il est rare. Quelques-uns le nomment élops.

Cornélius Népos et Labérius , poète comique , nous ont transmis que le loup et l'ânon furent ensuite les poissons les plus recherchés. Les loups les plus vantés sont ceux qu'on nomme *lanati* , à cause de leur chair blanche et tendre. Il y a deux espèces d'ânon : le callarias , plus petit , et le bacchus , qui ne se prend qu'en pleine mer , et que par cette raison l'on préfère au premier. Mais on donne la préférence aux loups pêchés dans les rivières.

Aujourd'hui le scare tient le premier rang. On dit que c'est le seul poisson qui rumine (25).

vesci, non aliis piscibus, mari Carpathio maximè frequens. Promontorium Troadis Lecton sponte numquàm transit. Indè ad-
 vectos, Tiberio Claudio principe, Optatus
 Elipertius præfectus classis, inter Ostiensem
 et Campaniæ oram sparsos disseminavit.
 Quinquennio ferè cura est adhibita, ut capti
 redderentur mari. Postea frequentes inve-
 niuntur Italiæ in litore, non antea ibi capti.
 Admovitque sibi gula sapes piscibus satis,
 et novum incolam mari dedit, ne quis pere-
 grinas aves Romæ parere miretur.

Proxima est mensa jecori dumtaxat muste-
 larum, quas (mirum dictu) inter Alpes quo-
 que lacus Rætiæ Brigantinus æmulas marinis
 generat.

XXX. Ex reliquâ nobilitate, et gratia ma-
 xima est et copia mullis, sicut magnitudo
 modica: binasque libras ponderis rarò admo-
 dum exsuperant, nec in vivariis piscinisque
 crescunt. Septemtrionalis tantum hos, et
 proximâ occidentis parte gignit oceanus. Ce-

qu'il se nourrit d'herbes, et ne mange point les autres poissons. Il abonde surtout dans la Mer Carpathienne. Jamais il ne passe de lui-même au delà du promontoire de Lecte en Troade. Sous Claude, Optatus Elipertius, commandant de la flotte, en fit apporter de cette mer, et les répandit le long des côtes (26), depuis Ostie jusques à la Campanie. Pendant cinq ans, on eut soin que ceux qui étoient pris fussent rendus à la mer. Depuis ce temps on en trouve beaucoup sur les rivages de l'Italie, où l'on n'en voyoit pas auparavant. La gourmandise s'est ménagé des jouissances en semant des poissons : elle a donné à une mer des habitans nouveaux. Faut-il s'étonner que les oiseaux étrangers se reproduisent dans Rome ?

Le mets le plus délicat après le scare, est le foie de mustelle : on n'en estime que cette partie. Un fait remarquable, c'est que le lac de Constance, au milieu des Alpes, produit des mustelles qui ne le cèdent pas à celles de la mer.

Des autres poissons recherchés pour la table, le meilleur et le plus commun est le mulle (27). Sa grandeur est médiocre : rarement il pèse plus de deux livres. Il ne croît ni dans les viviers ni dans les réservoirs. On ne le trouve que dans l'Océan Septentrional, et dans la partie qui est le plus à l'occident. Au surplus, il

terò eorum genera plura. Nàm et algâ vescuntur, et ostreis, et limo, et aliorum piscium carne : barbâ geminâ insigniuntur inferiori labro. Lutarium ex iis vilissimi generis appellant. Hunc semper comitatur, sargus nomine, alius piscis, et cœnum fodiente eo, excitatum devorat pabulum. Nec litoralibus gratia. Laudatissimi conchilium sapiunt. Nomen his Fenestella à colore mulleorum calciamentorum datum putat. Pariunt ter anno. His certè toties fetura apparet. Mullum exspirantem versicolori quâdam et numerosâ varietate spectari, proceres gulæ narrant, rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem, utique si vitro spectetur inclusus. M. Apicius ad omne luxûs ingenium mirus, in sociorum garo (nàm ea quoque res cognomen invenit) necari eos præcellens putavit, atque è jecore eorum alecem excogitare provocavit : id enim est facilius dixisse, quàm quis vicerit.

y en a plusieurs espèces. Les uns vivent d'algue, d'autres de limon : d'autres se nourrissent d'huîtres, d'autres enfin de la chair des autres poissons. Ce qui les caractérise, c'est un double barbillion à la lèvre inférieure. Celui qu'on nomme barboteux est le moins estimé de tous. Il est toujours accompagné d'un autre poisson nommé sarge, qui, tandis que ce mulle fouille la vase, dévore toute la nourriture qu'il en a fait sortir. On n'estime pas les mulles qu'on pêche le long des côtes. Les plus vantés ont le goût du coquillage. Fenestella pense que le nom de *mullus* leur est venu de la couleur de la chaussure nommée chez nous *mulleus*. Ils frayent trois fois l'an : du moins voit-on paroître leurs petits à trois époques. Nos gourmands raffinés prétendent qu'un mulle expirant se nuance en mille manières différentes (28), et que si on le place dans un bocal, on voit le rouge éclatant de ses écailles pâlir et s'éteindre par une infinité de dégradations successives. Apicius, homme d'une fécondité admirable pour tous les raffinemens du luxe, a pensé que la meilleure manière d'apprêter le mulle est de le faire mourir dans la saumure, qu'on appelle *garum sociorum* (29); car cette chose même a obtenu un surnom. Il proposa un prix à celui qui inventeroit une nouvelle saumure avec le foie de ce poisson. Le nom du vainqueur n'est point parvenu jusqu'à nous.

XXXI. Asinius Celer è consularibus, hoc pisce prodigus, Caio principe, unum mercatus octo millibus nummûm : quæ reputatio aufert transversum animum ad contemplationem eorum qui, in conquestione luxûs, coquos emi singulos pluris quàm equos quiritabant. At nunc coci triumphorum pretiis parantur, et coquorum pisces. Nullusque propè jàm mortalis æstimatur pluris, quàm qui peritissimè censum domini mergit.

18. Mullum LXXX. librarum in mari Rubro captum Licinius Mucianus prodidit. Quanti mercatura eum luxuria, suburbanis litoribus inventum?

XXXII. Est et hæc natura ut alii alibi pisces principatum obtineant : coracinus in Ægypto : zeus, idem faber appellatus, Gadibus : circà Ebusum salpa, obscenus alibi, et qui nusquàm percoqui possit, nisi ferulâ verberatus : in Aquitaniâ salmo fluviatilis marinis omnibus præfertur.

XXXIII. Piscium alii branchias multiplices habent, alii simplices, alii duplices. His aquam

Asinius Celer, consulair, a donné, sous Caligula, un exemple de prodigalité, en payant un mille huit mille sesterces (1800 fr.) Cette somme énorme reporte notre imagination étonnée vers ceux qui, dans leurs déclamations contre le luxe, se plaignoient de ce qu'on achetoit les cuisiniers aussi cher que les chevaux. Aujourd'hui un cuisinier coûte autant qu'un triomphe, un poisson autant qu'un cuisinier : et déjà nul mortel ne semble d'un plus haut prix que l'esclave qui a le mieux approfondi l'art de ruiner son maître.

Mucien écrit qu'on pêcha dans la Mer Rouge un mulle du poids de quatre-vingts livres. Qu'il eût été pris sur nos rivages, combien le luxe l'auroit payé (30) !

Il arrive aussi que certaines espèces soient meilleures dans un pays que dans un autre, comme le coracin en Égypte, le zéus, qu'on nomme aussi faber, à Gades (31) : et près d'Ébuse, la saupe, poisson immonde ailleurs, et que nulle part on ne peut faire cuire, à moins qu'on ne l'ait frappé à coups de baguettes. Dans l'Aquitanie, le saumon de rivière est préféré à tous les poissons de mer.

Parmi les poissons, les uns ont les branchies formées de plusieurs lames; chez d'autres, elles

emittunt acceptam ore. Senectutis indicium squamarum duritia, quæ non sunt omnibus similes. Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium, Larius et Verbanus appellantur, in quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clayorum caligarium effigie : nec amplius, quàm circà eum mensem, visuntur.

XXXIV. 19. Miratur et Arcadia suum exocœtum, appellatum ab eo, quòd in siccum somni causâ exeat. Circà Clitorium vocalis hic traditur, et sinè branchiis : idem aliquibus adonis dictus.

XXXV. Exeunt in terram, et qui marini mures vocantur, et polypi, et murænæ. Quin et in Indiæ fluminibus certum genus piscium, ac deindè resilit : nam in stagna et amnes transeundi plerisque evidens ratio est, ut tutos fetus edant, quia non sint ibi qui devorent partus, fluctusque minùs sæviant. Has intelligi ab iis causas, servarique temporum vices, magis miretur, si quis reputet quoto cuiquè

sont simples, et chez d'autres elles sont doubles. C'est par les ouvertures branchiales qu'ils rejettent l'eau qui est entrée par la bouche. La dureté des écailles est l'indice de la vieillesse. Elles ne sont pas semblables dans tous. Au pied des Alpes, en Italie, sont deux lacs, le lac de Côme et le lac Majeur, où chaque année, au lever des pleïades, paroissent des poissons revêtus d'écailles serrées et très-pointues, qui ressemblent à des clous de bottines. Ils ne se montrent jamais qu'à cette époque.

L'Arcadie aussi admire son exocet, ainsi nommé de ce qu'il sort de l'eau pour dormir. On prétend que vers le fleuve Clitorius, ce poisson a de la voix, mais qu'il n'a point de branchies. Quelques-uns le nomment adonis.

Les tortues franches, les polypes et les murenes viennent aussi à terre. Dans les fleuves de l'Inde est un poisson qui vit alternativement sur la terre et dans l'eau. La plupart des poissons ne passent dans les étangs et les rivières que pour y frayer en sûreté, parce qu'il ne s'y trouve pas d'animaux malfaisans, et que les flots y sont moins agités. On sera plus frappé de cette intelligence et de leur exactitude à saisir certaines époques, si l'on pense combien peu d'hommes savent que la pêche la plus abon-

hominum nosci uberrimam esse capturam sole transeunte piscium signum.

XXXVI. 20. Marinorum alii sunt plani, ut rhombi, soleæ, ac passerres, qui à rhombis situ tantum corporum differunt. Dexter resupinatus est illis, passeri lævus. Alii longi, ut muræna, conger.

XXXVII. Ideò pinnarum quoque fiunt discrimina, quæ pedum vice sunt datæ piscibus: nullis suprâ quaternas: quibusdam binæ, aliquibus nullæ. In Fucino tantum lacu piscis est, qui octonis pinnis natat. Binæ omnino, longis et lubricis, ut anguillis et congris. Nullæ, ut murænis, quibus nec branchiæ. Hæc omnia flexuoso corporum impulsu ita mari utuntur, ut serpentes terrâ. In sicco quoque repunt, ideò etiã vivaciora talia. Et è planis aliqua non habent pinnas, ut pastinacæ: ipsâ enim latitudine natant; et quæ mollia appellantur, ut polypi, quoniam pedes illis pinnarum vicem præstant.

XXXVIII. 21. Anguillæ octonis vivunt an-

dante se fait lorsque le soleil passe au signe des poissons.

Parmi les poissons de mer, les uns sont plats, comme le turbot, la sole, et la plie qui diffère du turbot par la position latérale de son corps. Celui-ci se couche sur le côté droit, et la plie sur le côté gauche. Les autres sont longs, comme la murène et le congre.

Delà aussi une différence dans les nageoires que la nature a données aux poissons au lieu de pieds (32). Nul n'en a plus de quatre : quelques-uns en ont deux, et d'autres en sont absolument dépourvus. Le seul lac Fucin nourrit un poisson qui en a huit. Les poissons longs et glissans n'en ont que deux, comme l'anguille et le congre. Quelques-uns n'en ont point du tout : telles sont les murènes, qui même sont dénuées de branchies (33). Tous ces poissons se traînent dans la mer comme les serpens sur la terre, par des ondulations successives. Ils rampent de même étant à sec. Aussi ces animaux sont-ils plus vivaces. Quelques-uns des poissons plats manquent de nageoires (34), telles sont les pastenaques : leur seule largeur les soutient sur l'eau. Les mollusques, comme les polypes, n'en ont pas non plus : leurs pieds leur en tiennent lieu.

Les anguilles vivent huit ans (35). Elles peu-

nis. Durant et sinè aquâ senis diebus, Aquilone spirante : austro, paucioribus. At hiemem eadem in exiguâ aquâ non tolerant, nec in turbidâ : ideò circà Vergilias maximè capiuntur, fluminibus tùm præcipuè turbidis. Pascuntur noctibus. Exanimis piscium solæ non fluitant.

22. Lacus est Italiæ Benacus in Veronensi agro Mincium amnem transmittens, ad cuius emersus annuo tempore, octobri ferè mense, autumnali sidere, ut palàm est, hiemato lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis ejus fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur.

XXXIX. 23. Muræna quocumque mense parit, cùm ceteri pisces stato pariant. Ova ejus citissimè crescunt. In sicco litore lapsas vulgus coitu serpentium impleri putat. Aristoteles smyrum vocat marem, qui generat. Discrimen esse, quòd muræna varia et infirma sit, smyrus unicolor et robustus, dentesque extrà os habeat. In Galliâ septentrionali mu-

vent rester six jours hors de l'eau, par un vent du nord; mais moins long-temps par un vent du midi. Elles ne supportent pas l'hiver, si elles ne sont dans une eau abondante et claire. Aussi les prend-on surtout vers le lever des pleiades; c'est alors que l'eau des rivières est plus trouble. Elles vont la nuit chercher leur nourriture. C'est le seul poisson qui ne flotte pas étant mort.

Près de Vérone, en Italie, est le lac Bénaco, que traverse le Mincio (36). Chaque année, au mois d'octobre, dans le temps où ce lac ressent l'impression de l'astre automnal, les anguilles sont roulées en tas vers l'endroit par où sort le Mincio. Leur nombre est si prodigieux, qu'on les ramasse amoncelées par milliers dans les enceintes formées à ce dessein dans le fleuve.

Les autres poissons frayent à une certaine époque de l'année : les murènes produisent tous les mois. Leurs œufs prennent un accroissement rapide. Le vulgaire pense qu'elles viennent sur le rivage s'accoupler avec les serpents. Aristote donne le nom de myre au mâle. Il dit que le mâle et la femelle diffèrent en ce que celle-ci est foible et de couleurs variées, et que le mâle est vigoureux et d'une seule couleur, et qu'il a les dents saillantes.

rænis omnibus dextrâ in maxillâ septenæ maculæ, ad formam Septemtrionis, aureo colore fulgent, dumtaxat viventibus, pariterque cum animâ extinguuntur. Invenit in hoc animali documenta sævitæ Veditus Pollio eques Romanus ex amicis divi Augusti, vivarius earum immergens damnata mancipia, non tamquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat. Ferunt aceti gustu præcipue eas in rabiem agi. Tenuissimum his tergo: contra anguillis crassius: eoque verberari solitos tradit Verrius prætextatos: et ob id multam his dici non institutam.

XL. 24. Planorum piscium alterum est genus, quod pro spinâ cartilagine[m] habet, ut raia, pastinacæ, squatinæ, torpedo: et quos bovis, lamia, aquilæ, ranæ nominibus Græci appellant. Quo in numero sunt squali quoque, quamvis non plani. Hæc Græcè in universum $\sigma\epsilon\lambda\acute{\alpha}\chi\eta$ appellavit Aristoteles primus, hœc

Dans la Gaule septentrionale, elles ont toutes à la mâchoire supérieure sept taches d'or qui représentent la constellation du chariot. Ces taches sont très-éclatantes, mais elles s'effacent à la mort de la murène. La voracité de cet animal enseigna un nouveau genre de cruauté à Védius Pollion, chevalier Romain, et l'un des favoris d'Auguste. Il faisoit jeter dans un vivier de murènes les esclaves qu'il avoit condamnés. Ce n'est pas que la férocité des animaux terrestres ne pût servir sa colère; mais nul autre élément ne pouvoit offrir à ses regards le spectacle d'un homme déchiré tout à la fois dans toutes les parties de son corps. On dit que le vinaigre les met en fureur. La murène a la peau très-mince; celle de l'anguille est plus épaisse. Verrius écrit qu'on se servoit de peaux d'anguilles pour châtier les enfans des citoyens, et que c'est par cette raison que la loi n'a point prononcé d'amende contre eux.

Il est une espèce de poissons plats qui ont des cartilages au lieu d'arêtes : tels sont les raies, les pastenaques, l'ange, la torpille, et ceux que les Grecs ont nommés bœuf, lamia, aigle, grenouille. Il faut mettre dans ce nombre les squales, quoiqu'ils n'aient pas la forme plate. Aristote les a tous compris sous la dénomination générale de sélaques (37). Je

nomine eis imposito : nos distinguere non possumus , nisi cartilaginea appellare libeat. Omnia autem carnivora sunt talia , et supina vescuntur , ut in delphinis diximus. Et cum ceteri pisces ova pariant , hoc genus solum , ut ea quæ cete appellant , animal parit , exceptâ quam ranam vocant.

XLI. 25. Est parvus admodum piscis ad-suetus petris , echeneis appellatus : hâc carinis adhærente naves tardius ire creduntur , indè nomine imposito : quam ob causam amatoris quoque veneficiis infamis est , et judiciorum ac litium morâ : quæ crimina unâ laude pensat , fluxus gravidarum utero sistens , partus-que continens ad puerperium. In cibos tamen non admittitur. Pedes eum habere arbitratur Aristoteles , itâ positâ pinnarum similitudine. Mucianus muricem esse , latiore purpurâ , neque aspero , neque rotundo ore , neque in angulos prodeunte rostro , sed simplice conchâ , utroque latere sese colligente : quibus in hærentibus , plenam ventis stetisse navem , portantem à Periandro , ut castrarentur no-

crois ne pouvoir mieux les désigner que par le nom de cartilagineux. Ils sont tous carnivores, et se renversent comme le dauphin, pour saisir leur nourriture : parmi tous les poissons, c'est le seul genre qui soit vivipare (38), comme les cétacées : il faut pourtant excepter la grenouille de mer, qui est ovipare.

Il existe un poisson très-petit, accoutumé à vivre dans les rochers, et qu'on nomme échénéis. On croit que lorsqu'il s'attache à la carène des vaisseaux, il retarde leur course (39). De là vient le nom qu'on lui a donné. Par cette même raison, on l'emploie pour composer des poisons capables d'éteindre l'amour, de prolonger les procès et de ralentir l'action de la justice. Il expie tous ces torts par l'heureuse propriété qu'il a d'arrêter les pertes des femmes enceintes, et de conduire l'enfant à terme. Toutefois on ne l'a pas admis au nombre des alimens. Aristote, trompé par la forme de ses nageoires, a dit qu'il avoit des pieds. Mucien parle d'un murex plus large que la pourpre, dont la tête n'est ni raboteuse ni ronde, dont le bec n'est point anguleux; sa coquille est unie, et les deux côtés se replient en dedans. Il dit que ce murex s'étant attaché à un vaisseau qui portoit les ordres de Périandre pour

biles pueri : conchasque quæ id præstiterint, apud Gnidiorum Venerem coli. Trebius Niger pedalem esse, et crassitudine quinque digitorum : naves morari : prætereà hanc esse vim ejus adservati in sale, ut aurum, quod deciderit in altissimos puteos, admotus extrahat.

XLII. 26. Mutant colorem candidum mæ-næ, et fiunt æstate nigriores. Mutat et phycis, reliquo tempore candida, vere varia. Eadem piscium sola nidificat ex algâ, atque in nido parit.

XLIII. Volat hirundo, sanè perquàm similis volucris hirundini : itèm milvus.

27. Subit in summa maria piscis ex argu-mento appellatus lucerna, linguâque igneâ per os exertâ, tranquillis noctibus relucet. Attollit è mari sesquipedanea ferè cornua, quæ ab his nomen traxit. Rursus draco marinus captus, atque immissus in arenam, cavernam sibi rostro mirâ celeritate excavat.

XLIV. 28. Piscium quidam sanguine carent,

faire eunuques plusieurs enfans d'une naissance distinguée, le vaisseau qui voguait à pleines voiles demeura tout à coup immobile : il ajoute que les coquilles qui rendirent ce bon office à l'humanité sont honorées dans le temple de Vénus à Cnide. Trébius Niger dit que ce murex a un pied de long, et cinq doigts d'épaisseur, qu'il retarde les vaisseaux et que, gardé dans le sel, il a encore la vertu d'attirer l'or qui est tombé dans les puits les plus profonds.

Le ména quitte sa couleur blanche, et devient noir pendant l'été. Le phycis, blanc tout le reste de l'année, se nuance de plusieurs couleurs au printemps. C'est le seul poisson qui se fasse un nid dans l'algue, où il dépose ses œufs.

L'hirondelle poisson, qui a beaucoup de ressemblance avec l'hirondelle oiseau, vole ainsi que le milan de mer (40).

On voit s'élever à la surface des eaux un poisson qu'on nomme lanterne (41), parce que tirant sa langue enflammée, il brille dans les nuits tranquilles. Un autre poisson élève au-dessus de la mer ses cornes longues d'un pied et demi, ce qui l'a fait nommer cornu. La vive prise et jetée sur le sable se creuse un trou en terre avec une vitesse incroyable.

Je vais parler de quelques poissons qui n'ont

de quibus dicemus. Sunt autem tria genera: In primis quæ mollia appellantur: deinde connecta crustis tenuibus: postremo testis conclusa duris. Mollia sunt, loligo, sepia, polypus, et cetera ejus generis. His caput inter pedes et ventrem: pediculi octoni omnibus. Sepiæ et loligini pedes duo ex his longissimi et asperi, quibus ad ora admovent cibos, et in fluctibus se, velut ancoris, stabiliunt: cetera, cirri, quibus venantur.

XLV. 29. Loligo etiam volitat, extra aquam se efferens, quod et pectunculi faciunt sagittæ modo. Sepiarum generis mares varii et nigriores, constantiæque majoris. Percussæ tridente feminae auxiliantur: at femina icto mare fugit. Ambo autem, ubi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscatâ aquâ absconduntur.

XLVI. Polyporum multa genera: terreni majores, quam pelagii: omnes brachiis, ut pedibus ac manibus, utuntur: caudâ verò, quæ est bisulca et acuta, in coitu. Est poly-

point de sang. Ils forment trois classes. La première est composée de ceux qu'on appelle mollusques : la seconde des crustacées : les testacées forment la troisième. Les mollusques sont le calmar, la sèche, le polype et les autres de ce genre. Ils ont la tête entre les pieds et le ventre. Tous ont huit pieds. La sèche et le calmar ont deux de leurs pieds très-longs et raboteux, qui leur servent de main pour porter la nourriture à leur bouche, et d'ancre pour s'affermir dans la tempête. Les autres pieds leur tiennent lieu de filets pour pêcher.

Le calmar voltige s'élançant hors de l'eau avec la rapidité d'une flèche. Il en est de même du pétoncle. Parmi les sèches, le mâle est d'une couleur variée et plus foncée. Il a aussi plus de courage. Quand sa femelle a été frappée du trident, il vient à son secours : si c'est le mâle qui a été blessé, la femelle s'enfuit. Tous deux, quand ils se sentent saisir, répandent une liqueur noire, qui leur tient lieu de sang, et l'eau qu'ils ont obscurcie les dérobe à la vue.

Il y a plusieurs sortes de polypes. Ceux de terre sont plus grands que ceux de mer. Leurs bras leur servent à tous de pieds et de mains. Dans l'accouplement, ils se joignent par la queue, qui est fourchue et pointue. Ils ont sur

pis fistula in dorso, quâ transmittunt mare : eamque modò in dextram partem, modò in sinistram transferunt. Natant obliqui in caput, quod prædurum est sufflatione viventibus. Ceterò per brachia velût acetabulis dispersis, haustu quodam adhaerescunt : tenent supini, ut avelli non queant. Vada non apprehendunt : et grandibus minor tenacitas. Soli mollium in siccum exeunt, dumtaxat asperum ; lævitatem odère.

Vescuntur conchyliorum carne, quorum conchas complexu crinium frangunt : itaque præjacentibus testis cubile eorum deprehenditur. Et cùm alioquì brutum habeatur animal, ut quod ad manum hominis adnatat, in re quodammodo familiari callet. Omnia in domum comportat : dein putamina erosâ carne egerit, adnatantesque pisciculos ad ea venatur. Colorem mutat ad similitudinem loci, et maximè in metu. Ipsum brachia sua rodere falsa opinio est. Id enim à congris evenit ei : sed

le dos un conduit, par lequel ils rejettent l'eau de la mer ; ils le font passer tantôt à droite, tantôt à gauche. Ils nagent obliquement en ramenant leurs pieds vers leur tête ; et tant qu'ils vivent, ils ont cette dernière partie très-dure et gonflée. Au surplus, ils ont le long des bras certaines cavités par lesquelles ils s'attachent à tous les corps en les suçant (42). Ils les saisissent en dessous avec tant de force que rien ne sauroit les en arracher. Ils ne s'attachent point au fond de la mer, et les plus grands y tiennent encore moins que les autres. Seuls de tous les poissons mous, ils viennent sur le rivage, mais il leur faut un terrain rude et raboteux ; ils évitent tout ce qui est lisse et doux.

Ils se nourrissent de la chair des coquillages dont ils brisent les enveloppes en les pressant entre leurs bras. Aussi leur retraite est-elle indiquée par les écailles qui sont étendues à l'entrée. Cet animal, d'ailleurs stupide au point qu'il nage vers la main de l'homme, est très-intelligent pour tout ce qui concerne ses besoins. Il porte toute sa proie dans sa demeure, et lorsqu'il a rongé la chair, il jette les débris au dehors, et saisit les petits poissons qui s'en approchent. Il prend la couleur des lieux où il est, surtout lorsqu'il a peur. On croit sans fondement qu'il se ronge les bras. Ce sont les congres qui les lui mangent. Ce

renâsci, sicût colotis et lacertis caudas, haud falsum.

XLVII. Inter præcipua autem miracula est, qui vocatur nautilus, ab aliis pompilos. Supinus in summa æquorum pervenit, ita se paulatim subrigens, ut emissâ omni per fistulam aquâ, velût exoneratus sentinâ, facile naviget. Postea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Quâ velificante in aurâ, ceteris subremigans brachiis, mediâ caudâ, ut gubernaculo, se regit. Itâ vadit alto, Liburnicarum ludens imagine, et, si quid pavoris interveniat, haustâ se mergens aquâ.

XLVIII. 3o. Polyporum generis est ozæna, dicta à gravi capitis odore, ob hoc maxime murænis eam consecrantibus. Polypi binis mensibus conduntur. Ultrâ bimatum non vivunt. Pereunt autem tabe semper, feminæ celerius, et ferè à partu.

Non sunt prætereunda et L. Lucullo proconsule Bæticiæ comperta de polypis, quæ

qui est vrai, c'est que ses bras repoussent, de même qu'il revient une autre queue aux stellions et aux lézards.

Le polype nautilé ou pompile est une des principales merveilles de la nature. Il monte à la surface de la mer, renversé sur le dos, et dans cette position, il se dresse peu à peu pour verser au dehors l'eau qu'il contient. Il s'allège afin de voguer à l'aise. Puis écartant ses deux premiers bras, il étend une membrane d'une finesse admirable. Pendant que cette voile reçoit le vent, il rame par dessous avec ses autres bras, et sa queue lui sert de gouvernail. Il s'avance et joue sur les eaux, comme une chaloupe légère. Au moindre danger, il se remplit d'eau et coule à fond.

Dans la classe des polypes est l'ozéna, ainsi nommé de l'odeur forte de sa tête. C'est cette odeur principalement qui le fait suivre par les murènes. Les polypes se cachent pendant deux mois. Ils ne vivent pas au delà de deux ans. Ils périssent toujours par dissolution, les femelles plus vite que les mâles, et le plus souvent après avoir produit.

Je ne dois pas omettre les observations qui ont été faites sur les polypes, pendant que L. Lucullus étoit proconsul dans la Bétique. Elles nous

Trebius Niger è comitibus ejus prodidit : avidissimos esse concharum : illas ad tactum comprimi , præcidentes brachia eorum , ultròque escam ex prædante capere. Carent conchæ visu , omnique sensu alio quàm cibi et periculi. Insidiantur ergò polypi aperitis : impositoque lapillo extrà corpus , ne palpitatu ejiciatur , ità securi grassantur , extrahuntque carnes : illæ se contrahunt , sed frustrà , discuneatæ. Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est.

Prætereà negat ullum esse atrocius animal ad conficiendum hominem in aquâ. Luctatur enim complexu , et sorbet acetabulis , ac numero suctu , dùm trahit , cum in naufragos urinantesve impetum cepit. Sed si invertatur , elanguescit vis : exporrigunt enim se resupinati. Cetera , quæ idem retulit , monstro propiora possunt videri.

Carteïæ in cetariis adsuetus exire è mari in lacus eorum apertos , atque ibi salsamenta

ont été transmises par Trébius Niger, un des Romains de sa suite. Les polypes recherchent les huîtres avec avidité. Celles-ci se referment au moindre attouchement ; et leur coupant les bras, elles font leur repas de celui-même qui les vouloit manger. Les huîtres ne voient point ; elles n'ont que deux sens, le goût et le toucher. Les polypes cherchent donc à les surprendre lorsqu'elles sont ouvertes. Ils posent une petite pierre dans l'écaille, mais sans toucher le corps, de peur qu'elles ne la repoussent au dehors. Alors ils s'approchent sans rien craindre, et tirent la chair. L'huître veut se refermer, mais en vain, puisque la pierre est comme un coin qui la force à rester ouverte. Telle est l'intelligence des êtres memes les plus stupides !

Trébius dit encore qu'il n'y a point d'animal qui fasse périr un homme dans l'eau d'une manière plus atroce. Lorsqu'il saisit un nageur ou un plongeur, il le lie et le serre dans ses bras, et l'entraînant avec lui, il exprime tout le sang par cette multitude de suçoirs dont ses bras sont garnis. Le polype renversé sur le dos, perd sa force. Dans cette position, ses bras s'étendent et ne serrent plus. Ce qu'ajoute le même auteur semble tenir du prodige.

A Carteia, un polype accoutumé à sortir de la mer, venoit dans les réservoirs dévorer les

populari, (mirè omnibus marinis expetentibus odorem quoque eorum : quâ de causâ et nassis illinuntur :) convertit in se custodum indignationem assiduitate furti. Immodicæ his sepes erant objectæ : sed has transcendebat per arborem : nec deprehendi potuit, nisi canum sagacitate. Hi redeuntem circumvasere noctu, concitique custodes expavère novitatem. Primum omnium magnitudo inaudita erat : deindè color muriâ oblitî, odore diri. Quis ibi polypum expectasset, aut itâ cognosceret? cum monstro dimicare sibi videbantur. Namque et afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robustioribus brachiis clavarum modo incussos, ægrèque multis tridentibus confici potuit.

Ostendère Lucullo caput ejus, dolii magnitudine, amphorarum quindecim capax, atque (ut ipsius Trebii verbis utar) « barbas, quas vix » utroque brachio complecti esset, clavarum » modo torosas : longas pedum tricenûm : » acetabulis, sive caliculis urnalibus, pelvium

salaisons. L'odeur des salaisons attire tous les animaux marins : aussi les pêcheurs ont-ils soin d'en frotter leurs nasses. La continuité de ses larcins donna beaucoup d'humeur aux gardiens. Ils formèrent des palissades extrêmement hautes. Le polype les franchissoit à l'aide d'un arbre. Il ne put être découvert que par la sagacité des chiens. Ils l'éventèrent une nuit pendant qu'il retournoit à la mer. Les gardiens accoururent. Mais la nouveauté du spectacle les pénétra d'effroi. Sa grandeur étoit extraordinaire. La saumure dont il étoit tout trempé avoit changé sa couleur. Il répandoit une odeur horrible. Un polype en ces lieux ! qui l'auroit attendu ? et comment le reconnoître en cet état ? Ils croyoient combattre contre un monstre. Son souffle affreux repoussoit les chiens : tantôt il les flagelloit avec l'extrémité de ses bras : tantôt il les assommoit de ses deux bras majeurs, dont il se servoit comme d'une massue. Plusieurs hommes eurent beaucoup de peine à le tuer avec des tridens.

On apporta sa tête à Lucullus. Elle avoit la grandeur d'un baril de quinze amphores ; et , pour citer les propres expressions de Trébius , les barbes furent aussi présentées à ce général. A peine un homme pouvoit-il les embrasser. Elles étoient noueuses comme des massues. Leur longueur étoit de trente

» modo : dentes magnitudini respondentes ». Reliquiæ adservatæ miraculo pependere pondō DCC. Sepias quoque et loligines ejusdem magnitudinis expulsas in litus illud, idem auctor est. In nostro mari loligines quinûm cubitorum capiuntur, sepia binûm. Neque his bimatu longior vita.

XLIX. Navigeram similitudinem et aliam in Propontide visam sibi prodidit Mucianus: concham esse acatii modo carinatam, inflexâ puppe, prorâ rostratâ : in hâc condi nauplium, animal sepia simile, ludendi societate solâ. Duobus hoc fieri generibus : tranquillo enim vectorem demissis palmulis ferire, ut remis. Si verò flatus invitet, easdem in usu gubernaculi porrigi, pandique buccarum sinus auræ. Hujus voluptatem esse, ut ferat : illius, ut regat : simulque eam descendere in duo sensu carentia : nisi fortè tristi (id enim constat) omine navigantium, humana calamitas in causâ est.

L. Locustæ crustâ fragili muniuntur, in eo

pieds. Les cavités ressembloient à des bassins , et contenoient une urne. Les dents répondoient à la grandeur de l'animal. Ce qui fut conservé du corps pesoit sept cents livres. Le même auteur rapporte que des sèches et des calmars de la même grandeur ont été jetés sur ce rivage. Dans notre mer on prend des sèches de deux coudées et des calmars de cinq. Ils ne vivent pas plus de deux ans.

Mucien atteste avoir vu dans la Propontide encore un autre exemple de ces vaisseaux vivans dont j'ai parlé ci-dessus. Il existe , selon lui , une conque dont la forme est celle d'un petit navire , avec sa poupe recourbée et sa proue garnie d'un éperon. Le nauplie , espèce de sèche , se renferme dans cette conque , n'y cherchant autre chose qu'une société de plaisir. Si l'air est calme , le nouveau nautonier frappe la mer de ses bras qui lui servent de rames. Si le vent est favorable , il les étend en manière de gouvernail , et ouvre sa bouche toute entière pour recevoir le vent : l'un se plaît à porter , l'autre à gouverner : et deux êtres insensibles d'ailleurs , ne le sont pas pour cette sorte de plaisir. Peut-être aussi ne verra-t-on là qu'un malheur pour l'humanité : car l'expérience a prouvé que c'étoit un présage funeste pour les navigateurs.

Parmi les animaux qui n'ont point de sang ,

genere quod caret sanguine. Latent mensibus quinis. Similiter cancri, qui eodem tempore occultantur; et ambo veris principio senectutem, anguium more, exuunt renovatione tergorum. Cetera in undis natant : locustæ reptantium modo fluitant : si nullus ingruat metus, recto meatu : cornibus, quæ sunt propriâ rotunditate præpilata, ad latera porrectis : iisdem erectis in pavore, obliquè in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Unum hoc animalium, nisi vivum ferventi aquâ incoquatur, fluidâ carne non habet callum.

31. Vivunt petrosis locis : cancri, mollibus. Hieme aprica litora sectantur : æstate in opaca gurgitum recedunt. Omnia ejus generis hieme læduntur, autumnno et vere pinguescunt, et plenilunio magis, quia noctem sidus tepido fulgore mitificat.

LI. Cancrorum genera, carabi, astaci, maia, paguri, heracleotici, leones, et alia ignobiliora. Carabi caudâ à ceteris cancris

les langoustes sont revêtues d'une écaille fragile. Elles se tiennent cachées pendant cinq mois. Il en est de même des cancrs. Tous deux au retour du printemps se rajeunissent, ainsi que les serpens, par le renouvellement de leur écaille. Les autres poissons nagent à toute profondeur. La langouste flotte à la surface de l'eau, et glisse comme les reptiles. Si nul danger ne la menace, elle s'avance en droite ligne, étendant des deux côtés ses cornes qui sont terminées par un bouton. Elle les redresse quand elle a peur, et s'avance obliquement. C'est avec leurs cornes qu'elles se battent entre elles. Seules de tous les animaux, elles n'ont qu'une chair molle et fluide, à moins qu'on ne les cuise toutes vives dans l'eau bouillante.

Les langoustes préfèrent les fonds inégaux et pierreux, et les cancrs les endroits lisses et mous. L'hiver, ils cherchent les rivages exposés au soleil : l'été, ils se retirent au fond des abymes. Tous les animaux de ce genre souffrent de l'hiver. Ils s'engraissent au printemps, et en automne, surtout à la pleine lune, parce que la douce chaleur de cet astre rend les nuits plus tempérées.

Les différentes sortes de cancrs sont les crabes, les écrevisses de mer, les araignées de mer, les pagures, les héracléotiques, les lions, et d'autres moins connus. Les crabes dif-

distant. In Phœnice ἰσπεῖς vocantur, tantæ velocitatis, ut consequi non sit. Cancris vita longa, pedes octoni, omnes in obliquum flexi. Feminae primus pes duplex, mari simplex. Prætereà bina brachia denticulatis forcipibus. Superior pars in primoribus his movetur: inferiore immobili. Dextrum brachium omnibus majus. Universi aliquandò congregantur: os Ponti evincere non valent. Quamobrem regressi circumeunt, apparetque tritum iter.

Pinnotheres autem vocatur minimus ex omni genere, ideò opportunus injuriæ. Huic solertia est inanium ostrearum testis se condere: et cùm adcreverit, migrare in capaciores.

Cancræ in pavore etiàm retrorsùm pari velocitate redeunt. Dimicant inter se, ut arietes, adversis cornibus incursantes. Contrà serpentium ictus medentur. Sole cancræ signum transeunte, et ipsorum, cùm exanimati sint, corpus transfigurari in scorpiones narratur, in sicco.

diffèrent des autres cancrs par leur queue. Les Phéniciens les nomment *καυαλιεῖς* (*cavaliers*), parce qu'ils courent d'une telle vitesse qu'on ne peut les atteindre. Les cancrs vivent long-temps. Ils ont huit jambes qui sont toutes fléchies sur le côté. Le premier pied de la femelle est double : celui du mâle est simple. Ils ont de plus les deux bras en forme de tenailles dentelées. La partie supérieure seule est mobile. Ils ont tous le bras droit plus long que l'autre. Quelquefois ils se réunissent en troupes : mais ne pouvant forcer l'entrée du Pont Euxin, ils reviennent sur leurs pas, et font un circuit par terre. La trace de leur passage se montre d'une manière très-sensible.

On nomme pinnothère le plus petit de tous les cancrs, et par conséquent le plus exposé à tous les dangers. Il a l'industrie de se loger dans les écailles d'huîtres qu'il trouve vides ; à mesure qu'il grandit, il passe dans une écaille plus spacieuse.

Les cancrs, lorsqu'ils ont peur, marchent en arrière aussi vite qu'en avant. Ils se battent entre eux comme les beliers, en se heurtant de leurs cornes. Ils sont un spécifique contre la morsure des serpens. On prétend que, lorsque le soleil passe dans le signe du cancer, le corps du cancre mort se change en scorpion.

Ex eodem genere sunt echini, quibus spinæ pro pedibus. Ingredi est his, in orbem volvi: itaque detritis sæpè aculeis inveniuntur. Ex his echinometræ appellantur, quorum longissimæ spinæ, calices minimi. Nec omnibus idem vitreus color. Circà Toronem candidi nascuntur, spinâ parvâ. Ova omnium amara, quina numero. Ora in medio corpore in terram versa. Tradunt sævitiam maris præsigire eos, correptisque opperiri lapillis, mobilitatem pondere stabilientes. Nolunt volutatione spinas atterere: quod ubi videre nautici, statim pluribus ancoris navigia infrenant.

32. In eodem genere cochleæ aquatiles terrestresque, exserentés se domicilio, binaque ceu cornua protendentes contrahentesque, oculis carent: itaque corniculis prætentant iter.

33. Pectines in mari ex eodem genere habentur, reconditi et ipsi in magnis frigidibus, ac magnis æstibus: unguesque velût

tatæque sic, ut nulla sui generis relinquatur, nisi captiva et serva, ceu lege prædictâ die recedunt. Nemo vidit agmen discedentium, cum discessurum appareat: nec venire, sed venisse cernimus: utrumque nocturnis fit temporibus. Et quamvis ultra citræve pervolent, numquam tamen advenisse usquam, nisi notu, existimantur. Pythonos comen vocant in Asiâ patentibus campis, ubi congregatæ inter se commurmurant, eamque quæ novissima advenit, lacerant, atque ita abeunt. Notatum, post Idus Augustas non temerè visas ibi. Sunt qui ciconiis non inesse linguas confirment. Honos iis serpentium exitio tantus, ut in Thesaliâ capitale fuerit occidisse, eademque legibus pœna, quæ in homicidam.

XXXII. Simili anseres quoque et olores ratione comitant: sed horum volatus cernitur: liburnicarum modo, rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aera, quam si rectâ fronte impellerent: à tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmen, largèque impellenti præ-

moins qu'elle ne soit esclave et prisonnière : elles s'éloignent toutes à la fois , comme si le jour étoit fixé par une loi. Jamais personne ne les a vues partir , quoique pourtant elles annoncent leur départ d'une manière sensible. Nous apercevons bien qu'elles sont venues , mais jamais nous ne les voyons venir. Le départ et l'arrivée ont toujours lieu la nuit. Qu'elles s'arrêtent en deçà , qu'elles passent au delà , c'est toujours la nuit qu'elles arrivent. Rassemblées dans de vastes plaines de l'Asie , qu'on nomme le Pays du Serpent (17), elles jasant entre elles , mettent en pièces celle qui arrive la dernière , et partent après cette exécution. On a observé qu'on ne les voit guères dans ce pays après les ides d'août. Quelques auteurs assurent qu'elles n'ont point de langue (18). Elles ont été honorées parce qu'elles détruisent les serpens. Tuer une cicogne étoit un crime capital chez les Thessaliens : la peine étoit la même que pour l'homicide.

Les oies et les cygnes sont aussi des oiseaux voyageurs ; mais on aperçoit leur vol. Ils s'avancent en pointe : dans cet ordre , ils fendent l'air plus aisément que s'ils le pousoient tous de front. Les rangs de la troupe vont toujours en s'élargissant par un accroissement progressif , et présentent une plus grande surface au vent qui la pousse. Les derniers posent leur

betur auræ. Colla imponunt præcedentibus : fessos duces ad terga recipiunt. Ciconiæ nidos eosdem repetunt : genitricum senectam invicem educant. Olorum morte narratur flebilis cantus, (falsò, ut arbitror,) aliquot experimentis. Iidem mutuâ carne vescuntur inter se.

XXXIII. Verùm hæc commeantium per maria terrasque peregrinatio non patitur differri minores quoque, quibus est natura similis : utcùmque enim supradictas magnitudo et vires corporum invitare videri possint. Coturnices antè etiàm semper adveniunt, quàm grues : parva avis, et cùm ad nos venit, terrestris potiùs, quàm sublimis.

Advolant et hæ simili modo, non sinè periculo navigantium, cùm adpropinquavere terris. Quippè velis sæpè incidunt, et hoc semper noctu, merguntque navigia. Iter est his per hospitia certa. Austro non volant, humido scilicet et graviore vento. Aurâ tamen vehi volunt, proptèr pondus corporum, viresque

cou sur ceux qui les précèdent : à mesure que les premiers se lassent , ils vont prendre place au dernier rang. Les cicognes retournent aux mêmes nids. Les jeunes , à leur tour , nourrissent les mères devenues vieilles. On prétend que les cygnes , en mourant , font entendre un chant lugubre ; mais les faits sur lesquels on s'appuye me paroissent faussement allégués. Ces oiseaux se mangent entre eux.

Les voyages des oiseaux qui traversent les mers et les terres ne permettent pas que je differe de parler d'oiseaux plus petits qui ont aussi l'instinct des migrations ; instinct bien moins étonnant dans les premiers , puisqu'enfin leur grandeur et leur force semblent les inviter à ces entreprises difficiles. Les cailles arrivent même toujours avant les grues. Cet oiseau est petit , et dès qu'il est arrivé , il se tient à terre bien plus qu'il ne s'élève dans l'air.

Elles volent par troupes , comme les grues , non sans danger pour les navigateurs , lorsqu'elles approchent des rivages ; car souvent la volée entière s'abat sur les voiles , toujours pendant la nuit , et submerge le vaisseau. Elles ont dans leurs voyages des stations réglées. Elles ne volent point par le vent du midi , parce qu'il est humide et lourd. Cependant elles ont besoin que le vent les soutienne , à cause de leur pesanteur et de leur foiblesse,

parvas. Hinc volantium illa conquestio labore expressa. Aquilone ergò maximè volant orty-gometrâ duce. Primam earum terræ adpropinquantem accipiter rapit. Semper hinc remeantes comitatum sollicitant : abeuntque unâ persuasæ glottis, et otus, et cychramus.

Glottis prælongam exserit linguam : undè ei nomen. Hanc initio blanditâ peregrinatione avidè profectam pœnitentia in volatu, cum labore scilicet, subit : reverti incomitatam piget, et sequi : nec unquam plus uno die pergit : in proximo hospitio deserit. Verùm invenitur alia, antecedente anno relicta : simili modo in singulos dies. Cychramus perseverantior festinat etiâ pervenire ad expectatas sibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonetque itineris. Otus bubone minor est, noctuis major, auribus plumeis eminentibus : undè et nomen illi : quidam Latinè asionem vocant : imitatrix aliàs avis ac parasita, et quodam genere saltatrix. Capitur haud diffi-

Aussi expriment-elles la peine et l'effort par le cri qu'elles font entendre en volant. Elles voyagent donc surtout par un vent du nord, ayant à leur tête l'ortygomètre, le roi des cailles (19). L'épervier enlève la première qui arrive à terre. Quand elles repartent, elles sollicitent d'autres oiseaux pour les accompagner. Le glottis, le hibou, le cychrame, cédant à leurs instances, partent avec elles.

Le glottis a été ainsi nommé à cause de l'extrême longueur de sa langue. Gagné par leurs sollicitations, il part avec ardeur : mais bientôt la fatigue amène le repentir : il est quelque temps partagé entre le désir de les quitter et la honte de revenir seul : jamais il ne les accompagne plus d'un jour. Au premier gîte, il les abandonne. Mais elles y trouvent un autre glottis qu'elles y avoient laissé l'année précédente ; et la même chose arrive tous les jours. Le cychrame a plus de persévérance. Impatient même d'arriver au terme, il les éveille pendant la nuit et presse le départ. Le hibou est plus petit que le grand duc et plus grand que le chat-huant. Ses oreilles sont surmontées d'une aigrette de plumes relevées. C'est d'ouï lui vient son nom *otus* : quelques-uns l'appellent en latin *asio*. Au surplus, c'est un oiseau imitateur, bouffon et danseur (20). On le prend

culter, ut noctuæ, intenta in aliquo, circum-eunte alio. Quod si ventus agmen adverso flatu cœperit inhibere, pondusculis lapidum adprehensis, aut gutture arenâ repleto, stabilitæ volant. Coturnicibus veneni semen gratissimus cibus: quam ob causam eas damnare mensæ, simulque comitalem propter morbum despui suetum, quem solæ animalium sentiunt, præter hominem.

XXXIV. 24. Abeunt et hirundines hibernis mensibus, sola carne vescens avis ex iis quæ aduncos ungues non habent: sed in vicinia abeunt, apricos secutæ montium recessus: inventæque jam sunt ibi nudæ atque deplumes. Thebarum tecta subire negantur, quoniã urbs illa sæpius capta sit: nec Bizyæ in Thraciâ, propter scelera Terei. Cæcina Volaterranus equestris ordinis, quadrigarum dominus, comprehensas in Urbem secum auferens, victoriæ nuntias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes, illito victoriæ colore. Tradit et Fabius Pictor in Annalibus suis, cum obsideretur præsidium Romanum

sans peine , comme le chat - huant. Pendant qu'il regarde un des chasseurs , un autre chasseur le saisit par derrière. Si les cailles se sentent arrêtées par un souffle contraire , elles enlèvent de petits cailloux , et se remplissent le gosier de sable pour s'affermir contre le vent. Elles sont très-avides de la graine d'ellébore ; ce qui les a fait bannir des tables. Une autre raison de cette répugnance pour leur chair , c'est qu'elles sont avec l'homme le seul animal sujet à l'épilepsie.

Les hirondelles nous quittent aussi pendant l'hiver. De tous les oiseaux qui n'ont pas les ongles crochus , c'est le seul qui vive de chair. Elles passent dans des contrées voisines , cherchant l'abri des montagnes exposées au soleil. On y en a trouvé qui étoient nues et sans plumes. On dit qu'elles n'entrent point dans les maisons de Thèbes , parce que cette ville a été prise plusieurs fois , non plus que dans Bisya en Thrace , à cause des crimes de Térée. Cécina de Volaterre , entrepreneur de chars pour la course , emportoit des hirondelles à Rome , et les renvoyoit pour annoncer à ses amis le succès des courses : elles revenoient à leurs nids , et la couleur dont il les avoit fait peindre indiquoit la faction victorieuse. Fabius Pictor écrit dans ses annales que des troupes romaines étant assiégées par les Liguriens , on

à Ligustinis, hirundinem à pullis ad se adlatam : ut lino ad pedem ejus adligato nodis significaret, quoto die adveniente auxilio eruptio fieri deberet

XXXV. Abeunt et merulæ, turdique, et sturni simili modo in vicina. Sed hi plumam non amittunt, nec occultantur, visi sæpè ibi quò hibernum pabulum petunt : itaque in Germaniâ hieme maximè turdi cernuntur. Veriùs turtur occultatur, pennasque amittit. Abeunt et palumbes, quoniam et in iis incertum. Sturnorum generi proprium catervatim volare, et quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Volucrum soli hirundini flexuosi volatûs velocitas : quibus ex causis neque rapinæ ceterarum alitum obnoxia est. Ea demùm sola avium nonniſi in volatu pascitur.

XXXVI. 25. Temporum magna differentia avibus. Perennes, ut columbæ : semestres, ut hirundines : trimestres, ut turdi et turtures :

lui apporta une hirondelle prise sur son nid , afin qu'en lui attachant une ficelle au pied , il fit connoître aux assiégés , par le nombre des nœuds , dans combien de jours ils seroient secourus , et quand ils devroient faire une sortie.

Les merles , les grives et les étourneaux passent de même dans des pays voisins ; mais ils ne quittent point leurs plumes et ne se tiennent pas cachés. Souvent on les a vus dans les régions où ils vont chercher leur nourriture pendant l'hiver. Et c'est surtout dans cette saison que les grives se montrent en Germanie. On peut assurer que la tourterelle se cache et perd ses plumes. Les ramiers changent de pays , mais on ne sait où ils vont. Les étourneaux ont une manière de voler qui leur est propre. Ils volent par troupes , et forment une espèce de tourbillon roulant sur lui-même , et où chacun cherche toujours à se rapprocher du centre. L'hirondelle est le seul oiseau qui ait la rapidité d'un vol oblique et tortueux ; ce qui la sauve des serres de l'oiseau de proie. Elle est aussi le seul oiseau qui ne se nourrisse qu'en volant.

Quant à la durée du séjour des oiseaux , la différence est grande. Les uns restent toute l'année , comme les colombes : d'autres six mois , comme les hirondelles , ou trois mois , comme les grives et les tourterelles : d'autres ,

et quæ, cùm fetum eduxere, abeunt, ut galguli, upupæ.

XXXVII. 26. Auctores sunt, omnibus annis advolare Ilium ex Æthiopiâ aves, et conflare ad Memnonis tumulum, quas ob id Memnonidas vocant. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in Æthiopiâ circa regionem Memnonis, exploratum sibi Cremutius tradit.

XXXVIII. Simili modo pugnant meleagrides in Bœotiâ. Africæ hoc est gallinarum genus, gibberum, variis sparsum plumis: quæ novissimæ sunt peregrinarum avium in mensas receptæ propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

XXXIX. 27. Seleucides aves vocantur, quarum adventum ab Jove precibus impetrant Casii montis incolæ, fruges eorum locustis vastantibus. Nec undè veniant, quòve abeant, compertum, numquàm conspectis, nisi cùm præsidio earum indigetur.

XL. 28. Invocant et Ægyptii ibes suas contra serpentium adventum: et Elei Myiagrôn

tels que les loriots et les huppés, partent après avoir élevé leurs petits.

Selon quelques auteurs, des oiseaux viennent tous les ans de l'Éthiopie à Ilium : ils y combattent auprès du tombeau de Memnon ; ce qui les a fait nommer memnonides. Crémétius dit avoir vérifié que, tous les cinq ans, ces oiseaux font la même chose auprès du palais de Memnon.

Les méléagrides combattent pareillement dans la Béotie. C'est une sorte de poule d'Afrique, bossue et d'un plumage varié. De tous les oiseaux étrangers, elles sont les dernières qu'on ait admises sur les tables, à cause de leur goût désagréable. Mais le tombeau de Méléagre les a rendues célèbres.

On nomme séleucides certains oiseaux qu'à la prière des habitans du Mont Casius, Jupiter envoie contre les sauterelles qui ravagent leurs moissons. On n'a pas encore découvert d'où ils viennent, ni en quels lieux ils vont. On ne les voit jamais que lorsqu'on a besoin de leurs secours.

Les Égyptiens invoquent aussi leurs ibis contre l'incursion des serpens, et les Éléens le dieu

deum, muscarum multitudine pestilentiam adferente : quæ protinùs intereunt, quàm litatum est ei deo.

XLI. 29. Sed, in secessu avium, et noctuæ paucis diebus latere traduntur : quarum genus in Cretâ insulâ non est : etiàm si qua invecta sit emoritur. Nàm hæc quoque mira naturæ differentia : alia aliis locis negat : tamquàm genera frugum fructicumve, sic et animalium, non nasci, translaticium : invecta emori, mirum. Quid est illud unius generis saluti adversum ? quæve ista naturæ invidia ? aut qui terrarum dicti avibus termini ? Rhodus aquilam non habet.

Transpadana Italia juxtâ Alpes Larium lacum appellat, amœnum arbusto agro, ad quem ciconiæ non permeant : sicuti nec octavum citrà lapidem ab eo, immensa alioquì finitimo Insubrium tractu, examina graculorum mone-dularumque, cui soli avi furacitas argenti au-

Myiagre , lorsque la multitude des mouches produit des maladies pestilentiellees. Ces insectes meurent dès qu'on a sacrifié à ce dieu.

On dit que le chat-huant qui a aussi l'instinct des migrations , se cache pendant un petit nombre de jours. Il ne s'en trouve aucun dans l'île de Crète : ceux mêmes qu'on y transporte périssent. Étrange variété de la nature (21) ! il est des productions qu'elle refuse à certains pays. Nous voyons sans surprise que parmi les animaux comme parmi les grains et les arbustes , il y en ait qui ne naissent pas en certaines contrées : mais que , transportés dans ces lieux , ces animaux y périssent , voilà ce qui est merveilleux. Quelle est donc cette vertu secrète qui n'est funeste que pour une seule espèce ? quelle est cette intolérance de la nature ? où quelles sont enfin sur la terre les limites assignées aux oiseaux ? Rhodes n'a point d'aigles.

Dans l'Italie Transpadane , près des Alpes , est le lac de Côme , bordé de campagnes peuplées d'arbres : les cicognes ne viennent jamais jusque-là. Et même dans le rayon de dix milles tout à l'entour , on n'aperçoit ni le choucas , ni le chouc , seul oiseau qui ait l'étrange manie de dérober l'or et l'argent ; tandis qu'on en voit des troupes immenses dans le pays des Insu-briens , qui en est limitrophe. On dit qu'il

rique præcipuè mira est. Picus Martius in Tarantino agro negatur esse. Nupèr, et adhuc tamen rara, ab Apennino ad Urbem versus cerni cœpere picarum genera, quæ longâ insignes caudâ variæ appellantur. Proprium his calvescere omnibus annis, cum serantur rapa. Perdices non transvolant Bœotiae fines in Atticâ : nec ulla avis in Ponto, insulâ quâ sepultus est Achilles, sacratam ei ædem. In Fidenate agro juxta urbem ciconiæ nec pullos nec nidum faciunt. At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis advolat. Romæ in ædem Herculis in foro Boario nec muscæ, nec canes intrant. Multa præterea similia, quæ prudens subindè omitto in singulis generibus, fastidio parcens : quippe cum Theophrastus tradat investitias esse in Asiâ etiâ columbas, et pavones, et corvos, et in Cyrenaicâ vocales ranas.

XLII. Alia admiratio circa oscines : ferè mutant colorem vocemque tempore anni, ac repenti fiunt aliæ : quod in grandiore alitum genere grues tantum : hæ enim senec-

n'existe point de pivert dans le canton de Tarente. On a commencé dans ces derniers temps à voir, depuis l'Apennin jusqu'à Rome, cette espèce de pie qui, remarquable par sa longue queue, a été nommée *variée*. Elle y est encore très-rare. Un de ses caractères distinctifs, c'est de devenir chauve tous les ans, dans la saison où l'on sème les raves (22). Les perdrix de l'Attique ne franchissent jamais les frontières de la Béotie. Dans celle des îles du Pont où repose la cendre d'Achille, nul oiseau ne passe au delà du temple consacré à ce héros. Les cigognes ne font point leurs nids aux environs de Fidènes; et tous les ans une multitude de ramiers vient de la mer dans les campagnes de Volaterra. A Rome, il n'entre ni mouches ni chiens dans le temple d'Hercule, bâti dans le marché aux bœufs. Je pourrois citer de chaque espèce une foule de traits semblables: je les passe sous silence, pour ne pas fatiguer mes lecteurs. Théophraste va même jusqu'à dire que les pigeons, les paons et les corbeaux ont été portés en Asie, ainsi que les grenouilles coassantes l'ont été dans la Cyrénaïque.

Les oiseaux dont on consulte le chant nous offrent d'autres sujets d'admiration. La plupart changent de couleur et de voix en un certain temps de l'année, et deviennent tout à coup différens d'eux-mêmes. Les grues seules, parmi

tute nigrescunt. Merula ex nigrâ rufescit, canit æstate, hieme balbutit, circâ solstitium muta. Rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur dumtaxat maribus. Turdis color æstate circâ cervicem varius, hieme concolor.

XLIII. Lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sinè intermissu cantus, densante se frondium germine, non in novissimum dignâ miratu ave. Primùm tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deindè in unâ perfectâ musicæ scientiâ modulatus editur sonus : et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur revocato, infuscatur ex inopinato : interdum et secum ipse murrurat : plenus, gravis, acutus, creber, extensus : ubi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quæ exquisitis tibiærum tormentis ars hominum excogitavit : ut non sit

les grands oiseaux, éprouvent ce changement. Elles noircissent en vieillissant. Le merle, naturellement noir, devient rousseâtre. Il chante l'été; l'hiver, il n'a qu'un cri enroué; il se tait au solstice. A l'âge d'un an, le bec des mâles prend la couleur de l'ivoire. Les étourneaux ont, pendant l'été, un collier moucheté; pendant l'hiver, ils sont d'une seule couleur.

Le ramage du rossignol dure quinze jours et quinze nuits sans interruption, dans le temps où le feuillage des arbres commence à s'épaissir. Cet oiseau n'est pas celui qui a le moins de droits à notre admiration. D'abord cette force de voix dans un si petit corps, cette continuité de respiration se peuvent à peine concevoir. Les modulations de son chant semblent le fruit de l'étude la plus approfondie de la science musicale : c'est la réunion complète de tous les genres de perfection. Coups de gosier éclatans et prolongés, cadences variées, batteries vives et légères, roulades précipitées, reprises soutenues, demi-silences inattendus; quelquefois un simple gazouillement; le rossignol cause alors avec lui-même. Sa voix est tour à tour pleine, grave, aiguë, perlée, étendue : et telle est la souplesse de son gosier, qu'il chante à son gré le dessus, la haute-contre, la taille et la basse. En un mot, un si foible organe produit tous les sons que l'art de l'homme a su tirer des

dubium hanc suavitatem præmonstratam efficaci auspicio, cùm in ore Stesichori cecinit infantis. Ac ne quis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus, nec iidem omnibus, sed sui cuique. Certant inter se, palàmque animosa contentio est. Victa morte finit sæpè vitam, spiritu prius deficiente, quàm cantu. Meditantur aliæ juveniores, versusque quos imitentur accipiunt. Audit discipula intentione magnâ, et reddit, vicibusque reticens. Intelligitur emendatæ correptio, et in dõcente quædam reprehensio. Ergò servorum illis pretia sunt, et quidem ampliora, quàm quibus olim armigeri parabantur. Scio sestertiis sex, candidam alioquin, quod est propè invisitatum, venisse, quæ Agrippinæ Claudii principis conjugii dono daretur.

Visum jàm sæpè, jussas canere cœpisse, et cum symphoniâ alternasse: sicùt homines reptos, qui sonum earum, additâ in transversas arundines aquâ, foramen inspirantes, linguæque parvâ aliquâ oppositâ morâ, indiscretâ red-

instrumens les plus parfaits , en sorte qu'on ne peut douter que celui qui chanta sur la bouche de Stésichore enfant , n'ait annoncé par un infaillible présage la douceur de sa poésie. Et ne croyez pas que l'art soit étranger à ces oiseaux. Chaque rossignol chante plusieurs airs , et ces airs ne sont pas les mêmes pour tous ; chacun a les siens. Ils se disputent le prix du chant avec une opiniâtreté bien marquée. Souvent il en coûte la vie au vaincu , qui ne cesse de chanter que lorsqu'il a cessé de respirer. D'autres plus jeunes étudient et reçoivent les airs qu'ils doivent imiter. Le disciple écoute avec une attention extrême. Il répète la leçon , et se tait pour écouter encore. Il est aisé de reconnoître que le maître reprend et que l'élève se corrige. Aussi les rossignols s'achètent-ils aussi cher qu'un esclave , et même plus cher qu'autrefois un écuyer. Je sais qu'un de ces oiseaux a été vendu six mille sesterces (1350 f.) ; il est vrai qu'il étoit blanc , circonstance infiniment rare. C'étoit un présent pour Agrippine , femme de l'empereur Claude.

On en a vu souvent qui chantoient au commandement, ou tour à tour avec un chœur de musiciens. On a vu de même des hommes qui , soufflant dans un chalumeau rempli d'eau et garni d'une languette , imitoient le rossignol de manière à faire illusion. Au reste , ces sons

derent similitudine. Sed eæ tantæ tamque artifices argutiæ à quindecim diebus paulatim desinunt, nec ut fatigatas possis dicere, aut satiatas. Mox æstu aucto in totum alia vox fit, nec modulata, aut varia. Mutatur et color. Postremò hieme ipsâ non cernitur. Linguis earum tenuitas illa prima non est, quæ ceteris avibus. Pariunt vere primo cùm plurimùm sena ova.

XLIV. Alia ratio ficedulis: nam formam simul coloremque mutant: hoc nomen autumnò non habent postea: melancoryphi vocantur. Sic et erithacus hieme, idem phœnicurus æstate. Mutat et upupa, ut tradit Æschylus poeta, obscena aliàs pastu avis, cristâ visenda plicatili, contrahens eam subrigensque per longitudinem capitis.

XLV. Oenanthe quidem etiã statos laterbræ dies habet, exoriente Sirio occultata, ab occasu ejusdem prodit: quod miremur, ipsis diebus utrumque. Chlorion quoque,

enchanteurs, ces modulations si savantes cessent peu à peu au bout de quinze jours, sans qu'on puisse dire que ce soit lassitude ou dégoût de leur part. Quand les chaleurs arrivent, leur voix devient toute autre, ce n'est plus qu'un coassement sans modulation et sans variété. Les rossignols changent aussi de couleur. Enfin, pendant l'hiver ils disparaissent. Leur langue n'est pas pointue comme celle des autres oiseaux. Ils pondent au commencement du printemps. Leurs œufs sont le plus souvent au nombre de six.

Les bec-figures différent du rossignol en ce qu'ils changent tout à la fois et de forme et de couleur : ils perdent jusqu'à leur nom (25). En automne on les appelle mélancoryphes (mélanges cendrées). C'est ainsi que l'oiseau nommé érithaque (rouge-gorge) en hiver, s'appelle phénicure (rouge-queue) en été. La huppe, si l'on en croit le poëte Eschyle, subit aussi un changement : elle se nourrit des alimens les plus sales. Elle est remarquable par son aigrette flexible, qu'elle abaisse et qu'elle dresse à son gré le long de sa tête.

L'anranthe disparoît aussi pendant un certain nombre de jours ; il se cache au lever du sirius et se montre à son coucher, et cela, chose étonnante, les jours mêmes du lever et du coucher de cet astre. Le loriot, qui est entière-

qui totus est luteus, hieme non visus, circa solstitia procedit.

30. Merulæ circa Cyllenen Arcadiæ, nec usquam aliubi, candidæ nascuntur. Ibis circa Pelusium tantum nigra est, ceteris omnibus locis candida.

XLVI. 31. Oscines, præter exceptas, non temerè fetus faciunt antè æquinoctium vernum, aut post autumnale : antè solstitium autem dubios, post solstitium vitales.

XLVII. 32. Eo maximè sunt insignes halcyones. Dies earum partus, maria, quique navigant, noverè. Ipsa avis paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte majore, tantum purpureis et candidis admixtâ penis, collo gracili ac procero. Alterum genus earum magnitudine distinguitur et cantu. Minores in arundinetis canunt. Halcyonem videre rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, et circa solstitia brumamve, nave aliquandò circumvolatâ statim in latebras abeuntem. Fetificant brumâ, qui dies hal-

ment jaune, caché pendant tout l'hiver, reparoît vers le solstice d'été.

Les merles sont blancs auprès du Mont Cilène en Arcadie, et nulle part ailleurs (24). L'ibis est noir, seulement aux environs de Pélusium. Il est blanc dans tous les autres pays.

Si l'on excepte le rossignol, les oiseaux dont on consulte le chant ne couvent guères avant l'équinoxe du printemps ni après celui de l'automne. Les pontes qui se font avant le solstice d'été courent bien des risques; celles qui se font après réussissent.

C'est surtout par rapport à leur ponte que les alcyons sont remarquables. Les mers et les navigateurs connoissent les jours où ces oiseaux font leur couvée. L'alcyon est un peu plus gros que le passereau. La plus grande partie de son plumage est bleuâtre, entremêlée seulement de quelques plumes pourpres et blanches. Il a le cou mince et long. Il y en a une autre espèce qui diffère de la première par la grandeur et le chant. Ceux qui chantent parmi les roseaux sont de la petite espèce. Rien de plus rare que de voir un alcyon. Ils ne se montrent qu'au coucher des pleïades et vers les deux solstices. Après avoir volé quelques jours autour des vaisseaux, ils disparaissent. Ils couvent au solstice d'hiver, et pendant ces jours, qu'on nomme al-

cyonides vocantur, placido mari per eos et navigabili, Siculo maximè. Faciunt autem septem antè brumam diebus nidos, et totidem sequentibus pariunt. Nidi earum admirationem habent pilæ figurâ, paulum eminenti, ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine : ferro intercidi non queunt, franguntur ictu valido, ut spuma arida maris. Nec undè confingantur, invenitur. Putant ex spinis aculeatis : piscibus enim vivunt. Subeunt et in annes. Pariunt ova quina.

XLVIII. Gaviæ in petris nidificant : mergi et in arboribus. Pariunt plurimum terna : sed gaviæ æstate, mergi incipiente vere.

XLIX. 33. Halcyonum nidi figura, reliquarum quoque solertiæ admonet : neque aliâ parte ingenia avium magis admiranda sunt. Hirundines luto construunt, stramento roborant. Si quandò inopia est luti, madefactæ multâ aquâ pennis pulverem spargunt. Ipsum verò nidum mollibus plumis

cyonides (25), la mer est calme et navigable, surtout auprès de la Sicile. Ils construisent leurs nids pendant les sept jours qui précèdent le solstice, et la ponte se fait les sept jours suivants. Leur nid est admirable : sa forme est celle d'une boule un peu prolongée par le haut. L'entrée en est fort étroite. Il ressemble aux grandes éponges. On ne peut le couper avec le fer. Il faut le briser par un coup violent, comme l'écume sèche de la mer. On n'a pas encore découvert quelle en est la matière : on croit qu'il est composé d'arêtes, vu que les alcyons vivent de poisson. Ces oiseaux entrent aussi dans les rivières. Ils pondent cinq œufs.

Les mouettes et les plongeurs font leurs nids sur les rochers, mais les plongeurs nichent aussi sur les arbres. Les uns et les autres font ordinairement trois œufs ; les mouettes pendant l'été, les plongeurs au commencement du printemps.

Cet art des alcyons, cette combinaison qu'ils mettent dans la construction de leurs nids rappellent à ma pensée l'adresse des autres oiseaux, et certes il n'est rien où leur industrie se montre plus admirable. Les hirondelles construisent leurs nids avec de la boue, et les consolident avec de la paille. Si la boue leur manque, elles se mouillent tout le corps, et secouent l'eau de leurs ailes sur la poussière. Elles ta-

floccisque consternunt tepefaciendis ovis, simul ne durus sit infantibus pullis. In fetu summâ æquitate alternant cibum. Notabili munditiâ egerunt excrementa pullorum: adultioresque circumagi docent, et foris saturitatem emittere.

Alterum genus hirundinum est rusticarum et agrestium, quæ rarò in domibus, diversos figurâ, sed eâdem materiâ, confingunt nidos, totos supinos, faucibus porrectis in angustum, utero capaci: mirum quâ peritiâ et occultandis habiles pullis; et substernendis molles.

In Ægypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadii ferè unius spatio: quod humano opere perfici non posset. In eâdem juxtâ oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam, ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus vernis diebus, paleâ et stramento rostrum ejus firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas

pissent de duvet et de flocons l'intérieur du nid, afin que les œufs se tiennent chauds, et que les nouveaux nés reposent mollement. Elles donnent la becquée à chacun tour à tour avec une parfaite égalité. Par un instinct de propreté bien remarquable, elles jettent hors du nid les ordures de leurs petits, et quand ils deviennent un peu plus forts, elles les instruisent à se tourner pour se vider au dehors.

Il est une seconde espèce d'hirondelles rustiques et champêtres qui font rarement leurs nids dans nos maisons : elles les composent de la même matière, mais en leur donnant une forme différente. Ils sont tout en pente. L'entrée se prolonge en se rétrécissant : l'intérieur est spacieux. C'est tout à la fois pour leurs petits un asile sûr, et un lit tendre et délicat.

A l'embouchure Héracléotique du Nil, elles forment, par le rassemblement de leurs nids, une digue qui résiste aux débordemens du fleuve. Cette digue n'a guères moins d'un stade de longueur. Un tel ouvrage seroit le désespoir de l'industrie humaine. Dans le même pays, près de la ville de Coptos, est une île consacrée à Isis. Pour que le fleuve ne l'entame pas, elles y construisent de nouveaux ouvrages au commencement de chaque printemps. Elles fortifient la pointe de l'île avec de la paille et du chaume, et travaillent pen-

in opere emori constet. Eaque militiâ illis cum anno redit semper. Tertium est earum genus, quæ ripas excavant, atque itâ internidificant. Harum pulli ad cinerem ambusti, mortifero faucium malo, multisque aliis morbis humani corporis medentur. Non faciunt hæ nidos, migrantque multis diebus antè, si futurum est ut auctus amnis attingat.

L. In genere vitiparrarum est, cui nidus ex musco arido itâ absolutâ perficitur pilâ, ut inveniri non possit aditus. Acanthyllis appellatur, eâdem figurâ ex lino intexens. Picorum alicui suspenditur surculo primis in ramis cyathi modo, ut nulla quadrupes possit accedere. Galgulos quidem ipsos dependentes pedibus somnum capere confirmant, quia tutiores itâ se sperent. Jàm publicum quidem omnium est tabulata ramorum sustinendo nido providè eligere, camerare ab imbri, aut fronde protegere densâ. In Arabiâ cinnamolgi avis appellatur : cinna-

dant trois jours et trois nuits de suite avec une telle ardeur qu'un très-grand nombre meurent de fatigue. Cette corvée revient pour elles tous les ans. Une troisième espèce d'hirondelles creuse des trous sur le bord de la mer, et y dépose ses œufs. Leurs petits réduits en cendres sont un remède pour l'esquinancie et d'autres maladies qui affectent le corps humain. Celles-là ne construisent point de nids. Si les eaux du fleuve doivent les atteindre, elles s'éloignent plusieurs jours à l'avance.

Dans le genre des oiseaux qu'on nomme viti-parra (26), il est une espèce qui compose son nid de mousse sèche. Ce nid est rond et si bien fermé qu'on n'en sauroit trouver l'entrée. Le tarin façonne le sien de la même manière; il le construit avec du lin. Quelques pics donnent à leurs nids la forme d'une coupe, et les suspendent aux premières branches des arbres, afin que nul quadrupède ne puisse les atteindre. On assure que les loriots dorment suspendus par les pieds, se croyant ainsi plus en sûreté. Ce qui est avoué de tous, c'est qu'ils choisissent avec soin une branche large pour soutenir leurs nids, qu'ils les couvrent d'une voûte pour les garantir de la pluie, ou qu'ils les abritent sous un épais feuillage. En Arabie, l'oiseau nommé cannellier construit son nid de brins de cannelle. Les habitans abattent ces oi-

mi surculis nidificat. Plumbatis eos sagittis decutiunt indigenæ, mercis gratiâ. In Scythis, avis magnitudine otidis binos parit in leporinâ pelle semper in cacuminibus ramorum suspensâ. Picæ cùm diligentius visum ab homine nidum sensere, ova transgerunt aliò. Hoc in his avibus, quarum digiti non sunt accommodati complectendis transferendisque ovis, miro traditur modo. Namque surculo super bina ova imposito ac ferruminato alvi glutino, subditâ cervice medio, æquâ utrimque librâ deportant aliò.

LI. Nec verò iis minor solertia, quæ cunabula in terrâ faciunt, corporis gravitate prohibitæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, supernè cyaneo, primori subru-tilo. Nidificat in specu sex pedum defossâ altitudine.

Perdices spinâ et frutice sic muniunt receptaculum, ut contrâ feras abundè vallentur. Ovis stragulum molle pulvere contumulant, nec in quo loco peperere incubant : neve cui

seaux avec des flèches garnies de plomb : ils en font un objet de commerce. Il y a dans la Scythie un oiseau de la grandeur de l'outarde. Il pond deux œufs dans une peau de lièvre suspendue à la cime d'un arbre. Lorsque les pies s'aperçoivent que leur nid a été observé attentivement par un homme , elles transportent leurs œufs dans un autre endroit. Ces oiseaux , n'ayant pas les doigts propres à embrasser et à transporter ces œufs , emploient , dit-on , un moyen admirable. Avec une matière glutineuse tirée de leur ventre , ils attachent un œuf à chaque bout d'un léger rameau : puis posant le cou sous le milieu du rameau , et faisant le balancier égal , ils les transportent où ils veulent.

L'industrie n'est pas moins admirable dans les oiseaux qui font leurs nids à terre , parce qu'ils sont trop pesans pour s'élever dans les airs. Le guêpier , qui nourrit ses père et mère dans leur retraite , a le plumage pâle en dessous , bleuâtre sur le corps , et d'un roux ardent à l'extrémité des ailes. Il fait son nid six pieds en terre.

Les perdrix mettent leurs nids en sureté contre les bêtes de proie , en les munissant d'épines et de broussailles (27). Elles forment un lit de poussière pour y déposer mollement leurs œufs. L'incubation ne se fait pas au même en-

frequentior conversatio sit suspecta, transferunt aliò. Illæ quidem et maritos suos fallunt, quoniam intemperantiâ libidinis frangunt earum ova, ne incubando detineantur. Tunc inter se dimicant mares desiderio feminarum: victum aiunt Venerem pati. Id quidem et coturnices Trogus, gallinaceos aliquandò: perdices verò à domitis feros, et novos, aut victos, iniri promiscuè.

Capiuntur quoque pugnacitate ejusdem libidinis, contrâ aucupis indicem exeunte in prælium duce totius gregis. Capto eo procedit alter, ac subindè singuli. Rursùs circa conceptum feminae capiuntur, contrâ aucupum feminam exeuntes, ut rixando abigant eam.

Neque in alio animali par opus libidinis. Si contrâ mares steterint feminae, aurâ ab his flante prægnantes fiunt: hiantes autem exsertâ linguâ per id tempus æstuant. Con-

droit que la ponte. Elles les transportent ailleurs de peur qu'un séjour trop fréquent dans le même lieu ne devienne suspect. Elles se cachent même de leurs mâles, parce que, tourmentés du besoin de jouir, ils cassent les œufs. Tout le temps de l'incubation est perdu pour leurs plaisirs. Alors privés de femelles, ils se battent entre eux : et le vainqueur, dit-on, se sert du vaincu pour se satisfaire. Trogus écrit que les cailles en usent de même, et quelquefois aussi les coqs : il ajoute que les mâles apprivoisés cochent les mâles sauvages, nouvellement amenés ou vaincus.

Cette fureur de combattre que leur inspire la saison des amours devient funeste à leur liberté. Le chef de la compagnie se détache pour fondre sur le mâle que lui présente l'oiseleur. Il est bientôt pris : alors un second lui succède, et tous viennent ainsi l'un après l'autre. Dans la saison où les femelles deviennent fécondes, on les prend lorsqu'elles courent vers la chanterelle du chasseur, pour lui chercher querelle et la forcer à quitter la place.

Dans nul autre animal, l'œuvre de la fécondation ne s'opère d'une manière semblable : si les femelles se trouvent au-dessous du vent (28), l'air qui vient du côté du mâle les rend fécondes ; et pendant ce temps on les voit tout enflammées de passion, ouvrant le bec et ti-

cupiunt et supervolantium adflatu , sæpè voce tantùm auditâ masculi. Adeòque vincit libido etiàm fetûs caritatem , ut illa furtim et in occulto incubans , cùm sensit feminam aucupis accedentem ad marem , recanat revocetque , et ultrò præbeat se libidini. Rabie quidem tantâ feruntur , ut in capite aucupantium sæpè cæcæ metu sedeant. Si ad nidum is cœpit accedere , procurrit ad pedes ejus feta , prægravem aut delumbem sese simulans , subitoque in procursu aut brevi aliquo volatu cadit , ut fractâ aut alâ aut pedibus : procurrit iterùm , jàmjàm prehensurum effugiens , spemque frustrans , donèc in diversum abducat à nidis. Eadem pavore libera ac maternâ vacans curâ , in sulco resupina glebâ se terræ pedibus adprehensâ operit. Perdicum vita ad sedecim annos durare existimatur.

LII. 34. Ab his columbarum maximè spectantur simili ratione mores iidem : sed pudicitia illis prima , et neutri nota adulteria. Conjugii fidem non violant , communemque

rant la langue. Elles conçoivent lorsque les mâles passent au-dessus d'elles en volant : souvent il suffit qu'elles aient entendu leur voix. L'ardeur du plaisir l'emporte même sur la tendresse maternelle, au point que cette perdrix qui couve furtivement et dans un lieu caché, voyant la chanterelle s'approcher de son mâle, le rappelle par ses cris et va s'offrir elle-même à ses désirs. Elles sont transportées d'une passion si furieuse que souvent, dans leur délire, elles vont se poser sur la tête de l'oiseleur. Si le chasseur s'approche de leur nid, la mère se présente à lui, fuit pesamment et traînant l'aile : après avoir couru ou volé quelques pas, elle tombe tout à coup, comme si elle avoit l'aile ou la cuisse cassée; puis se remet à fuir, s'échappant des mains du chasseur qui croit la saisir, et trompant son espérance jusqu'à ce qu'elle l'ait éloigné de sa couvée. Lorsqu'elle est délivrée de toute crainte, et que l'amour maternel est rassuré, elle se couche dans un sillon et se couvre d'une motte de terre qu'elle tient dans ses pieds. On croit que la perdrix peut vivre seize ans.

Après les perdrix, c'est dans les pigeons qu'on remarque surtout cette ardeur pour les plaisirs de l'amour (29). Mais la première de leurs qualités est la chasteté : l'adultère est inconnu chez eux. Fidèle au lien conjugal, cha-

servant domum. Nisi cælebs aut vidua, nidum non relinquit. Et imperiosos mares, subindè etiàm iniquos ferunt : quippè suspicio est adulteriù, quamvis natura non sit. Tunc plenum querelâ guttur, sævique rostro ictus, mox in satisfactione exosculatio, et circà Veneris preces crebris pedum orbibus adulatio. Amor utrique sobolis æqualis : sæpè et ex hâc causâ castigatio, pigriùs intrante feminâ ad pullos. Parturienti solatia et ministeria ex mare. Pullis primò salsiorem terram collectam gutture in ora inspuunt, præparantes tempestivitatè cibo. Proprium generis ejus et turturum, cùm bibant, colla non resupinare, largèque bibere jumentorum modo.

35. Vivere palumbes ad xxx. annum, aliquos ad xl. habemus auctores, uno tantùm incommodo unguium, eodem et argumento senectæ, qui citrà perniciem reciduntur. Cantus omnibus similis atque idem, trino conficitur versu, præterque in clausulâ gemitu : hieme

que couple habite une maison commune : nul ne quitte son nid s'il n'est veuf ou célibataire. La femelle trouve dans son mâle un maître impérieux, quelquefois même injuste ; car il la soupçonne d'une infidélité qui répugne à son caractère. Alors sa gorge s'enfle, il gronde et donne de cruels coups de bec. Mais bientôt il répare ses torts par de tendres baisers ; il tourne cent fois autour de sa compagne, et la cajole pour obtenir ses faveurs. Tous deux chérissent également leur progéniture, et souvent la femelle est châtiée quand elle est trop paresseuse à rejoindre ses petits. Le mâle la console tandis qu'elle pond, et partage les soins maternels. Pour préparer leurs petits à recevoir les alimens, ils leur soufflent dans le bec une terre salée qu'ils tiennent en réserve dans leur gosier. Un des caractères de ces oiseaux, ainsi que des tourterelles, c'est de boire sans renverser la tête ; ils avalent de suite, comme les bœufs et les chevaux.

Des auteurs assurent que les ramiers vivent trente ans, et quelquefois quarante. Ils n'éprouvent d'autre incommodité que l'accroissement de leurs ongles, qui est aussi l'indice de leur vieillesse. On peut leur couper ces ongles sans danger. Tous ont constamment le même chant ; il est composé de trois notes, et se termine par un gémissement. Ils se taisent l'hi-

mutis, à vere vocalibus. Nigidius putat, cùm ova incubet, sub tecto nominatam palumbem relinquere nidos. Pariunt autèm post solstitium. Columbæ et turtures octonis annis vivunt.

36. Contrà passeri minimùm vitæ, cui salacitas par. Mares negantur anno diutiùs durare, argumento quia nulla veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit. Feminis longiusculum spatium.

Verùm columbis inest quidam et gloriæ intellectus. Nosse credas suos colores, varietatemque dispositam : quàm etiàm ex volatu quæritur plaudere in cœlo, varièque sulcare. Quâ in ostentatione, ut vinctæ, præbentur accipitri, implicatis strepitu pennis, qui non nisi ipsis alarum humeris eliditur : alioquì soluto volatu in multum velociores. Speculatur occultus fronde latro, et gaudentem in ipsâ gloriâ rapit.

37. Ob id cum iis habenda est avis, quæ tinnunculus vocatur. Defendit enim illas, ter-

ver, et reprennent leur voix au printemps. Nigidius dit que lorsqu'un ramier couve, son nom prononcé sous le même toit suffit pour lui faire abandonner son nid. Ils pondent après le solstice d'été. Les pigeons et les tourterelles vivent huit ans.

Le passereau, qui n'est pas moins ardent en amour, vit très-peu de temps. On prétend que les mâles ne passent point l'année. On se fonde sur ce qu'au retour du printemps on n'aperçoit à leur bec aucune apparence de noir, quoiqu'il ait commencé à noircir dès l'été. Les femelles vivent un peu davantage.

Mais ce qui distingue les pigeons, c'est qu'ils ont le sentiment de la gloire. Il semble qu'ils connoissent l'éclat et les nuances de leurs couleurs. En volant au haut des cieux, ils cherchent même à s'applaudir de leurs ailes, à varier leurs évolutions. Cette vaine prétention les livre comme enchaînés à l'épervier, car ce bruit qu'ils font n'étant produit que par le choc de leurs ailes, entrave et arrête leur marche. Leur vol de lui-même est infiniment plus prompt que celui de l'épervier. Le brigand les épie caché dans un feuillage, et les saisit au sein même de leur gloire.

C'est pourquoi il faut tenir avec eux l'oiseau qu'on nomme cresserelle (30). Il les défend, et, par une vertu qui lui est naturelle,

retque accipitres naturali potentiâ, in tantum ut visum vocemque ejus fugiant. Hâc de causâ præcipuus columbis amor eorum. Feruntque, si in quatuor angulis defodiantur in ollis novis oblitis, non mutare sedem columbas : (quod auro insectis alarum articulis quæsiere aliqui, non aliter innoxiiis vulneribus :) multivagâ alioqui ave. Est enim ars illis inter se blandiri et corrumpere alias, furtoque comitatiores reverti.

LIII. Quin et internuntiæ in rebus magnis fuere, epistolas adnexas earum pedibus, obsidione Mutinensi, in castra consulum Decimo Bruto mittente. Quid vallum, et vigil obsidio, atque etiâ retia amne prætenta profuere Antonio, per cælum eunte nuntio? Et harum amore insaniunt multi : super tecta exædificant turres iis, nobilitatemque singularum et origines narrant, veterè jam exemplo. L. Axius eques Romanus antè bellum civile Pompeianum denariis quadringentis singula

il épouvante les éperviers au point qu'ils n'osent soutenir ni sa vue ni son cri. Aussi les pigeons ont-ils pour lui la plus tendre affection. On prétend que si l'on enterre des cresselles aux quatre coins du colombier, dans des pots neufs et bien lutés, les pigeons ne changeront point de demeure. Quelques-uns ont cherché à les fixer en leur coupant l'articulation des ailes avec un instrument d'or; autrement l'opération seroit dangereuse. Au surplus, les pigeons sont des oiseaux volages et coureurs. Ils ont l'art de séduire et de corrompre les étrangers; souvent ils reviennent ramenant avec eux beaucoup de compagnons qu'ils ont débauchés.

Ils ont servi de messagers pour des affaires importantes. Pendant le siège de Modène, Décimus Brutus envoyoit au camp des consuls des lettres qu'il attachoit aux pieds des pigeons. Que servoient à Antoine la profondeur des retranchemens, la vigilance des soldats, les filets tendus dans toute la largeur du fleuve, quand le courrier prenoit sa route par le ciel? Bien des gens se passionnent même pour ces oiseaux. Ils leur bâtissent des tours au-dessus de leurs maisons. Ils racontent la généalogie et la noblesse de chacun d'eux. On en cite un exemple déjà bien ancien. Varron écrit qu'avant la guerre civile de Pompée, Axius, chevalier

paria venditavit, ut M. Varro tradit. Quin et patriam nobilitavere, in Campaniâ grandissimæ provenire existimatæ.

LIV. Harum volatus in reputationem ceterarum quoque volucrum nos impellit.

38. Omnibus animalibus reliquis certus et uniusmodi, et in suo cuique genere incessus est : aves solæ vario meatu feruntur et in terrâ, et in aere. Ambulant aliquæ, ut cornices : saliant aliæ, ut passerres, merulæ : currunt, ut perdices, rusticulæ : antè se pedes jaciunt, ut ciconiæ, grues : expandunt alas, pendentisque raro intervallo quatiunt, aliæ crebriùs, sed et primas dumtaxat pennas : aliæ et tota latera pandunt : quædam verò majore ex parte compressis volant, percussoque semel, aliquæ et gemino ictu aere feruntur, velut inclusum eum prementes, ejaculantur sese in sublime, in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Anates solæ, quæque sunt ejusdem generis, in sublime protinùs sese tollunt, atque è vestigio

Romain, vendoit ses pigeons quatre cents deniers la paire (360 fr.) La Campanie s'honore même du renom qu'elle a de produire les pigeons de la plus grande espèce.

Je vais, par occasion, parler aussi du vol des autres oiseaux.

Tous les autres animaux ont, chacun dans leur genre, une manière de marcher constante et uniforme. Les oiseaux seuls ont une manière différente de se mouvoir sur la terre et dans l'air. Quelques-uns marchent, comme les corneilles; d'autres sautent, comme les moineaux et les merles; courent, comme les perdrix et les bécasses; jettent un pied en avant, comme les cicognes et les grues: plusieurs étendent leurs ailes, et les tiennent presque immobiles en volant; d'autres les agitent plus fréquemment, mais seulement aux extrémités: quelques-uns découvrent leurs flancs tout entiers; d'autres, après avoir frappé l'air une fois, et quelques-uns deux fois, nagent dans le fluide, resserrant leurs ailes comme pour comprimer l'air qu'elles enferment, et se jettent à leur gré dans une direction verticale, horizontale ou inclinée. Quelques-uns sont comme lancés par une machine; d'autres paroissent tomber du ciel; d'autres semblent bondir. Les canards seuls et ceux de leur espèce s'élèvent en droite ligne du lieu d'où ils partent. Ils le font même

cælum petunt, et hoc etiã ex aquã. Itãque in foveas, quibus feras venamur, delapsæ solæ evadunt. Vultur, et feræ graviores, nisi ex procursu, aut altiore cumulo immissæ, non evolant: caudã reguntur. Aliæ circumspectant, aliæ flectunt colla. Nonnullæ vescuntur ea quæ rapuere pedibus. Sinè voce non volant multæ: aut è contrario semper in volatu silent. Subrectæ, pronæ, obliquæ, in latera, in ora, quædam et resupinæ feruntur: ut si pariter cernantur plura genera, non in eãdem naturã meare videantur.

LV. 39. Plurimum volant, quæ apodes, quia careant usu pedum: ab aliis cypseli appellantur, hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hæ sunt, quæ toto mari cernuntur: nec umquã tam longo naves, tamque continuo cursu recedunt à terrã, ut non circumvolitent eas apodes. Cetera genera residunt et insistunt: his quies, nisi in nido, nulla: aut pendent, aut jacent.

en sortant de l'eau. Aussi sont-ils les seuls qui s'échappent des fosses où nous prenons les animaux sauvages. Le vautour et les oiseaux pesans ne s'enlèvent qu'après avoir couru ou s'être jetés de quelque hauteur. Leur queue dirige toutes leurs évolutions. Il en est qui voient tout autour d'eux ; d'autres tournent le cou pour regarder. Quelques-uns mangent en l'air la proie qu'ils tiennent dans leurs serres. Plusieurs ne volent jamais sans crier : d'autres, au contraire, se taisent en volant. Les uns volent debout, d'autres penchés en avant, d'autres de travers ou sur le côté, ou la tête en bas, quelques-uns même sur le dos : en sorte que si l'on observe plusieurs espèces à la fois, elles ne sembleront pas se mouvoir dans le même élément.

Le vol est l'état habituel des apodes, ainsi nommés parce qu'ils n'ont pas l'usage de leurs pieds (31) : d'autres les nomment cypsèles. C'est une espèce d'hirondelles. Ils font leurs nids dans les rochers. Ce sont eux qu'on aperçoit par tout en mer. Quelles que soient la longueur et la continuité de la course, jamais les vaisseaux ne s'éloignent assez des rivages pour qu'on ne les voie pas voltiger à l'entour. Les autres oiseaux se posent à terre et marchent. Pour ceux-ci, nul repos que dans le nid : toujours ils volent ou ils couvent.

LVI. Et ingenia æquè varia, ad pastum maximè.

40. Caprimulgi appellantur grandioris merulæ aspectu, fures nocturni : interdiù enim visu carent. Intranst pastorum stabula, caprarumque uberibus advolant suctum propter lactis : quâ injuriâ uber emoritur, caprisque cæcitas, quas ità mulsero, oboritur. Platea nominatur, advolans ad eas quæ se in mari mergunt, et capita illarum morsu corripienti, donè capturam extorqueat. Eadem cum devoratis se implevit conchis, calore ventris coctas evomit, atque ità ex iis esculenta legit, testas excernens.

LVII. 41. Villaribus gallinis et religio inest. Inhorrescunt edito ovo, excutiantque sese, et circumactæ purificant, ac festucâ aliquâ sese et ova lustrant.

42. Minimæ avium cardueles imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus et ore pro manibus. Est quæ boum mugitus imitetur, in Arelatensi agro taurus appellata, alioquî

La même diversité se montre dans le caractère des oiseaux, surtout pour ce qui concerne la manière de se nourrir.

On nomme tette - chèvres certains oiseaux qui ressemblent à un gros merle. Ce sont des voleurs de nuit; car le jour ils ne voient point. Ils entrent dans les étables et s'attachent aux mamelles des chèvres pour en sucer le lait. Cette manière de les traire leur fait le plus grand tort; outre que leur mamelle se dessèche, elles deviennent aveugles. Le pélican attaque les oiseaux qui plongent dans la mer, et leur mord la tête jusqu'à ce qu'il leur ait arraché leur proie. Ce même oiseau se remplit de coquillages, et quand ils ont été amollis par la chaleur de son estomac, il les rejette, et séparant alors les écailles, il mange la chair.

Les poules ont même un sentiment de religion. Elles se hérissent après avoir pondu; elles se secouent et se purifient elles et leurs œufs, en tournant tout autour avec un brin de paille.

Les chardonnerets, oiseaux de la plus petite espèce, exécutent ce qu'on leur commande, non - seulement avec leur voix, mais encore avec leurs pieds et leur bec qui leur tiennent lieu de mains. Au territoire d'Arles, un petit oiseau qu'on nomme *taurus* (cormarin) imite

parva. Est quæ equorum quoque hinnitus, anthus nomine, herbæ pabulo adventu eorum pulsa imitatur, ad hunc modum se ulciscens.

LVIII. Super omnia humanas voces reddunt psittaci quidem etiã sermocinantes. India hanc avem mittit, sittacem vocat, viridem toto corpore, torque tantũ miniato in cervice distinctam. Imperatores salutat, et quæ accipit verba pronuntiat : in vino præcipuè lasciva. Capiti ejus duritia eadem, quæ rostro. Hoc, cùm loqui discit, ferreo verberatur radio : non sentit alitèr ictus. Cùm devolat, rostro se excipit, illi innititur, levio-remque se ità pedum infirmitati facit.

LIX. Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, sed expressior loquacitas, generi picarum est. Adamant verba quæ loquantur. Nec discunt tantũ, sed diligunt : meditan-tesque intrã semet, curã atque cogitatione intentionem non occultant. Constat emori victas difficultate verbi, ac nisi subindè eadem audiant, memoriã falli : quærentesque mirum in

le mugissement du bœuf. Un autre, qu'on appelle *anthus* (bruant) contrefait le hennissement des chevaux ; c'est ainsi qu'il se venge lorsque ceux-ci , par leur approche , le forcent à quitter le pâturage.

Le perroquet fait plus (32) : il imite la parole de l'homme , et suit même une conversation. L'Inde nous l'envoie ; elle le nomme *sittacé*. Tout son plumage est vert ; seulement un collier rouge brille autour de son cou. Il salue les empereurs , et répète les mots qu'il entend. Le vin surtout le met en gaieté. Sa tête est aussi dure que son bec. Quand on lui apprend à parler , on le frappe sur cette dernière partie avec une petite verge de fer ; autrement la correction est perdue. Lorsqu'il s'abbat, il s'appuie sur le bec , et supplée ainsi à la foiblesse de ses pieds.

La pie est moins distinguée , parce qu'elle ne vient pas des pays lointains : mais elle jase davantage et prononce plus nettement. Les pies aiment à parler : elles apprennent facilement , et se plaisent même à ce genre d'imitation. Elles étudient les mots , et montrent , par leur application , qu'elles s'attachent à bien articuler. On en a vu mourir des efforts que leur coûtoit un mot difficile. Elles oublient , à moins qu'on ne leur répète de temps en temps les mêmes choses. Leur joie éclate

modum hilarari, si interim audierint id verbum. Nec vulgaris iis forma, quamvis non spectanda. Satis illis decoris in specie sermonis humani est. Verum addiscere alias negant posse, quam quæ ex genere earum sunt, quæ glande vescantur : et inter eas facilius, quibus quini sunt digiti in pedibus : ac ne eas quidem ipsas, nisi primis duobus vitæ annis. Latiores est lingua, omnibusque in suo cuique genere, quæ sermonem imitantur humanum : quamquam id penè in omnibus contingit. Agrippina Claudii Cæsaris turdum habuit (quod numquam antè) imitantem sermones hominum. Cùm hæc proderem, habebant et Cæsares juvenes sturnum, item luscinias, Græco atque Latino sermone dociles : prætereà meditates in diem, et assidue nova loquentes, longiore etiã contextu. Docentur secreto, et ubi nulla alia vox misceatur, adsidente qui crebrò dicat ea quæ condita velit, ac cibus blandiente.

LX. 43. Reddatur et corvis sua gratia, indignatione quoque populi Romani testata, non so-

dès qu'elles entendent le mot qu'elles cherchoient. Leur forme, sans avoir rien de frappant, n'est cependant pas commune. Eh! ne sont-elles pas assez belles de l'avantage qu'elles ont d'imiter la parole de l'homme? Au surplus, on assure que toutes les espèces de pies n'apprennent pas également à parler, mais seulement celles qui se nourrissent de gland; et que, parmi ces dernières, celles qui ont cinq doigts aux pieds apprennent avec plus de facilité: encore ne peut-on les instruire que dans les deux premières années. Elles ont la langue large, ainsi que, dans chaque espèce, tous les oiseaux qui imitent la parole humaine; et il n'est guères d'espèces où il ne s'en trouve.

Agrippine, épouse de Claude, avoit une grive qui parloit; ce qui ne s'étoit jamais vu. Dans le temps même où j'écris, les jeunes Césars ont un sansonnet et des rossignols qui prononcent des mots grecs et latins, étudiant chaque jour et répétant des mots nouveaux, et même des phrases assez longues. On les instruit dans un lieu retiré, d'où ils ne puissent entendre aucune autre voix. Le maître, assis auprès d'eux, redit plusieurs fois ce qu'il veut graver dans leur mémoire, et les caresse en leur donnant à manger.

Rendons aussi justice au mérite du corbeau, mérite senti par le peuple Romain, attesté même

lùm conscientiâ. Tiberio principe, ex fetu suprâ Castorum ædem genito, pullus in oppositam sutrinam devolavit, etiàm religione commendatus officinæ domino. Is maturè sermoni ad-suefactus, omnibus matutinis evolans in Ros-tra, in forum versus, Tiberium, dein Germa-nicum et Drusum Cæsares nominatim, mox transeuntem populum Rom. salutabat, postea ad tabernam remeans, plurium annorum ad-siduo officio mirus. Hunc sive æmulatione vi-cinitatis, manceps proximæ sutrinæ, sive ira-cundiâ subitâ, ut voluit videri, excrementis ejus positâ calceis maculâ, exanimavit: tantâ plebei consternatione, ut primò pulsus ex eâ regione, mox et interemptus sit, funusque in- numeris aliti celebratum exsequiis, constratum lectum super Æthiopum duorum humeros, præcedente tibicine, et coronis omnium ge- nerum, ad rogam usquè, qui constructus dextrâ viæ Appiæ ad secundum lapidem, in campo Rediculi appellato, fuit. Adeò satis justa causa populo Romano visa est exsequia- rum, ingenium avis, aut supplicii de cive Ro-

par son indignation. Sous l'empire de Tibère, une jeune corbeau sortant d'un nid qui étoit placé sur le temple de Castor et de Pollux, vint tomber dans la boutique d'un cordonnier, adossée au temple. Le maître de la boutique en prit soin : il croyoit en quelque sorte le tenir de la main des dieux. L'oiseau apprit de bonne heure à parler. Tous les matins il s'envoloit sur la tribune : là, tourné vers le Forum, il saluoit par leur nom Tibère, les deux jeunes Césars, Germanicus et Drusus, ensuite le peuple qui passoit sur la place ; puis il retournoit à la boutique. Il s'acquitta de ce devoir plusieurs années de suite, avec une exactitude admirable. Un cordonnier voisin le tua par jalousie, ou, comme il voulut le faire croire, dans un premier moment de colère, parce qu'il lui avoit gâté quelque chaussure : la multitude furieuse commença par le pousser loin du temple, et le mit bientôt en pièces. On fit des funérailles solennelles au corbeau. Le lit funèbre étoit porté par deux Éthiopiens, et précédé d'un joueur de flûte, et de couronnes de toute espèce. Une foule innombrable le suivit jusqu'au bûcher construit à la droite de la voie Appia, à deux milles de Rome, dans le champ nommé *Rédiculus*. Oui, le talent d'un oiseau parut d'un tel prix au peuple Romain, que, pour le venger, il lui fit une pompe fu-

mano, in eâ urbe, in quâ multorum principum nemo duxerat funus : Scipionis verò Æmiliani, post Carthaginem Numantiamque deletas ab eo, nemo vindicaverat mortem. Hoc gestum M. Servilio, C. Cestio cons. a. d. v. kalend. april. Nunc quoque erat in urbe Româ, hæc prodente me, equitis Rom. cornix è Bæticâ, primùm colore mira admodum nigro, deindè plura contexta verba exprimens, et alia crebrò addiscens. Necnon et recens fama Crateri, Monocerotis cognomine, in Erizenâ regione Asiæ corvorum operâ venantis, eo quòd devehebat in silvas eos insidentes corniculis humerisque : illi vestigabant agebantque, eò perductâ consuetudine ut exeuntem sic comitarentur et feri. Tradendum putavere memoriæ quidam, visum per sitim lapides congerentem in situlam monumenti, in quâ pluvia aqua durabat, sed quæ attingi non posset : ità descendere paventem expressisse tali congerie, quantum poturo sufficeret.

nèbre. Il punit de mort un citoyen dans une ville où plusieurs grands hommes avoient été portés au bûcher sans cortége , où la mort de Scipion Émilien , destructeur de Carthage et de Numance , étoit restée sans vengeur ! Ce fait arriva sous le consulat de M. Servilius et de C. Cestius , le cinquième jour avant les calendes d'avril. Au moment où j'écris , il existe à Rome une corneille apportée de la Bétique. Elle appartient à un chevalier Romain. Outre qu'elle est d'un noir admirable , elle prononce des phrases entières , et en apprend chaque jour de nouvelles. On a parlé dernièrement d'un certain Cratérus , surnommé Monocéros , qui chassoit avec des corbeaux dans la contrée d'Éricène en Asie. Il les portoit dans les forêts , perchés sur ses épaules et sur les aigrettes de son casque. Ces corbeaux cherchoient et poursuivoient le gibier : il en avoit tellement pris l'habitude que , lorsqu'il sortoit pour chasser , les corbeaux sauvages eux-mêmes l'accompagnoient. Quelques auteurs ont cru devoir transmettre à la postérité qu'on a vu un corbeau , pressé de la soif , jeter des cailloux dans une urne sépulcrale où se conservoit l'eau du ciel : comme il n'y pouvoit atteindre et qu'il n'osoit descendre au fond de l'urne , il faisoit ainsi monter l'eau jusqu'à ce qu'elle fût à sa portée.

LXI. 44. Nec Diomedæas præteribo aves :
Juba cataractas vocat : eis esse dentes, ocu-
losque igneo colore, ceterò candidis, tradens.
Duos semper iis duces : alterum ducere ag-
men, alterum cogere. Scrobes excavare ros-
tro, indè crate consternere, et operire terrâ,
quæ antè fuerit egesta : in his fetificare. Fores
binas omnium scrobibus : orientem spectare,
quibus exeant in pascua : occasum, quibus
redeant. Alyum exoneratas subvolare sem-
per, et contrario flatu.

Uno hæ in loco totius orbis visuntur, in in-
sulâ, quam diximus nobilem Diomedis tumulo
atque delubro, contrâ Apuliæ oram, fulicarum
similes. Advenas barbaros clangore infestant,
Græcis tantùm adulantur, miro discrimine,
velut generi Diomedis hoc tribuentes : ædem-
que eam quotidie pleno gutture madentibus
pennis perluunt atque purificant : undè origo
fabulæ, Diomedis socios in earum effigies
mutatos.

LXII. 45. Non omittendum est, cùm de in-

Je ne passerai pas sous silence les oiseaux de Diomède. Juba les nomme cataractes. Il dit qu'ils ont des dents, les yeux de couleur de feu, et le plumage blanc : qu'ils ont toujours deux chefs, dont l'un conduit la troupe et l'autre ferme la marche : qu'ils creusent des trous avec leur bec, et qu'ils les couvrent d'une espèce de claie sur laquelle ils étendent la terre qu'ils en ont tirée. C'est là qu'ils font leurs nids. Chaque trou a deux ouvertures, l'une vers l'Orient par laquelle ils sortent pour chercher leur nourriture, l'autre vers l'Occident par laquelle ils rentrent. Pour se vider, ils s'élèvent toujours en l'air, volant contre le vent.

Ces oiseaux, qui ressemblent aux foulques, ne se voient que dans un seul lieu de l'univers, dans une île située vis-à-vis les côtes de l'Apulie, et que j'ai dite être célèbre par le tombeau et par le temple de Diomède. Ils fatiguent de leurs cris les étrangers qui abordent dans l'île; et par un discernement qui tient du prodige, ils ne témoignent d'amitié qu'aux Grecs, comme s'ils rendoient hommage aux compatriotes de ce héros. Chaque jour ils arrosent son temple et le purifient avec l'eau qu'ils répandent de leur bec et qu'ils secouent de leurs ailes trempées. C'est ce qui a donné lieu à la fable des compagnons de Diomède changés en oiseaux.

Puisque je parle ici de l'intelligence des ani-

geniis disserimus, è volucris hirundines esse indociles, è terrestribus mures : cùm elephanti jussa faciant, leones jugum subeant, in mari vituli totque piscium genera mitescant.

LXIII. 46. Bibunt aves suctu : ex his, quibus longa colla, intermittentes, et capite resupinato velut infundentes sibi. Porphyrio solus morsu bibit. Idem est, proprio genere, omnem cibum aquâ subindè tinguens, deindè pede ad rostrum, veluti manu, adferens. Laudatissimi in Commagene. Rostra iis, et prælonga crura rubent.

LXIV. 47. Hæc quidè et hæmatopodi, multò minori, quamquàm eadem crurum altitudine. Nascitur in Ægypto. Insistit ternis digitis. Præcipuè ei pabulum muscæ. Vita in Italiâ paucis diebus.

LXV. Gravior omnes fruge vescuntur, altivolæ carne tantum. Inter aquaticas, mergi soliti sunt devorare quæ ceteræ reddunt.

LXVI. Olorum similitudinem onocrotali ha-

maux, il ne faut pas omettre que, parmi les oiseaux, les hirondelles, et, parmi les animaux terrestres, les rats sont indociles à toutes les leçons, tandis que les éléphants exécutent les ordres qu'on leur donne, que les lions se laissent atteler à des chars, que les veaux marins et tant d'autres poissons s'appriivoisent.

Les oiseaux boivent en aspirant : ceux qui ont un long cou boivent à plusieurs reprises, et en renversant la tête comme s'ils versaient l'eau dans leur corps. Le porphyryon seul (la poule sultane) boit comme en mordant. Il a aussi l'habitude de tremper dans l'eau tout ce qu'il veut manger, ensuite il le porte à son bec avec le pied, comme avec une main. Les plus vantés viennent de la Commagène. Ils ont le bec rouge, ainsi que les jambes qui sont très-longues.

Il en est de même de l'hématopode qui, beaucoup plus petit, n'est pas moins haut monté sur ses jambes. Il naît en Égypte. Il a trois doigts à chaque pied. Il se nourrit principalement de mouches. Transporté en Italie, il y meurt au bout de quelques jours.

Les oiseaux pesans sont frugivores : ceux de haut vol ne vivent que de chair. Parmi les aquatiques, les plongeurs dévorent ce que rendent les autres.

Les onocrotales ressemblent aux cygnes, ils

bent : nec distare existimarentur omninò, nisi faucibus ipsis inesset alterius uteri genus. Hùc omnia inexplebile animal congerit, mira ut sit capacitas. Mox perfectâ rapinâ, sensim indè in os redditâ, in veram alvum ruminantis more refert. Gallia hos septemtrionali proxima oceano mittit.

LXVII. In Hercynio Germaniæ saltu invisitata genera alitum accepimus, quarum plumæ ignium modo colluceant noctibus. In ceteris nihil præter nobilitatem longinquitate factam, memorandum occurrit.

48. Phalerides in Seleuciâ Parthorum, et in Asiâ, aquaticarum laudatissimæ : rursus Phasianæ in Colchis geminas ex plumâ aures submitunt, subriguntque. Numidicæ in parte Africæ Numidiâ, omnique jàm in Italiâ.

LXVIII. Phœnicopteri linguam præcipui saporis esse, Apicius docuit, nepotum omnium altissimus gurges. Attagen maximè Ionius celebratur, vocalis aliàs, captus verò ob-

n'en diffèrent qu'en ce qu'ils ont au bas du gosier une poche qui tient lieu d'un double estomac. Cette poche est d'une grande capacité : c'est là que cet animal insatiable amasse tout ce qu'il mange. Quand il ne trouve plus rien, il rapporte peu à peu dans son bec ce qu'il a mangé, et le fait passer dans le véritable estomac, à la manière des animaux ruminans. Ces oiseaux nous viennent de la Gaule voisine de l'Océan Septentrional.

On dit que dans la forêt Hercynienne en Germanie, il existe une sorte d'oiseaux que nous n'avons point vus et dont les plumes brillent la nuit comme des feux. Les autres n'ont de célébrité que par la distance où ils sont de nous.

Dans la Séleucie, province des Parthes, et dans l'Asie sont les phalérides (les piettes), les plus estimés des oiseaux aquatiques : dans la Colchide sont les faisans, qui ont au-dessus de chaque oreille une touffe de plumes qu'ils baissent et redressent à volonté. La Numidie, en Afrique, produit les peintades, qui se trouvent aujourd'hui dans toute l'Italie.

Apicius, le plus raffiné de tous les gourmands, a enseigné que la langue du phénicoptère est un mets délicieux. On vante surtout l'attagas d'Ionie. Celui-ci perd la voix en perdant la liberté. On le comptoit autrefois parmi

mutescens, quondam existimatus inter raras aves. Jam et in Galliâ Hispaniâque capitur, et per Alpes etiâ, ubi et phalacrocoraces, aves Balearium insularum peculiâres : sicut Alpium pyrrhocorax, luteo rostro, niger : et præcipuo sapore lagopus : pedes leporino villo nomen ei hoc dedere, ceterò candidæ, columbarum magnitudine. Non extrâ terram eam vesci facile, quandò nec viva mansuescit, et corpus occisæ statim marcescit. Est et alia nomine eodem, à coturnicibus magnitudine tantum differens, croceo tinctu cibus gratissima. Visam in Alpibus ab se peculiarem Ægypti et ibim Egnatius Calvinus præfectus earum prodidit.

LXIX. 49. Venere in Italiam, Bebriacensibus bellis civilibus, trans Padum et novæ aves (itâ enim adhuc vocantur) turdorum specie, paulum infra columbas magnitudine, sapore gratæ. Baleares insulæ nobiliorem etiâ suprâ dicto porphyrionem mittunt. Ibi et buteo accipitrum generis in honore mensarum est : item

les oiseaux rares. Mais on le prend aujourd'hui dans la Gaule, en Espagne, et même sur les Alpes, où se trouvent aussi le phalacrocorax, oiseau particulier aux îles Baléares, le choquant, dont le bec est jaune et le plumage noir, et le lagopède qui est un excellent manger; ce nom lui vient de ce qu'il a les pieds garnis d'un poil semblable à celui du lièvre. Son plumage est blanc, et sa grandeur est celle du pigeon. Il n'est pas facile d'en manger hors de son pays natal, parce qu'il ne s'apprivoise jamais, et que sa chair se corrompt promptement. Il est un autre oiseau du même nom, qui ne diffère de la caille que par la grandeur: sa chair, de couleur safranée, est très-agréable. Egnatius Corvinus, préfet des Alpes, dit avoir vu sur ces montagnes un ibis, quoique cet oiseau soit propre à l'Égypte.

Pendant la guerre civile de Bédriac, les oiseaux nouveaux (on les connoît encore aujourd'hui sous ce nom), sont venus s'établir en Italie, au delà du Pô. Ils ressemblent aux grives, sont un peu moins grands que les pigeons, et d'un fort bon goût. Les îles Baléares nous envoient un porphyrion d'une espèce plus estimée que celui dont j'ai parlé plus haut. Dans ce pays, la bondrée, oiseau du genre de l'épervier, est recherchée pour la table, ainsi

bibiones : sic enim vocant minorem gruem.

LXX. Pegasos equino capite volucres, et gryphas auritâ aduncitate rostri fabulosos reor : illos in Scythiâ, hos in Æthiopiâ. Equidem et tragopana, de quâ plures adfirmant, majorem aquilâ, cornua in temporibus curvata habentem, ferruginei coloris, tantum capite phœniceo. Nec sirenes impetraverint fidem : licet adfirmet Dino, Clitarchi celebrati auctoris pater, in Indiâ esse : mulcerique earum cantu, quos gravatos somno lacerent. Qui credit ista, et Melampodi profectò, aures lambendo, dedisse intellectum avium sermonis dracones non abnuet : vel quæ Democritus tradit, nominando aves, quarum confuso sanguine serpens gignatur : quem quisquis ederit, intellecturus sit alitum colloquia : quæque de unâ ave galeritâ privatim commemorat, etiâ sinè his immensâ vitæ ambage circâ auguria.

Nominantur ab Homero scopes, avium ge-

que les bibions : c'est le nom qu'on donne à la petite grue.

Je mets au rang des fables les pégases à tête de cheval , et les griffons aux oreilles saillantes , au bec crochu ; les premiers dans la Scythie , les seconds dans l'Éthiopie. J'en dis autant du tragopan , en dépit des auteurs qui assurent qu'il est plus grand que l'aigle , qu'il a sur les tempes deux cornes recourbées , que son plumage est de la couleur de la rouille , et sa tête empourprée. Je ne crois pas plus aux sirènes , quoique Dinon , père de Cléarque , auteur célèbre , affirme qu'elles existent dans l'Inde , et qu'elles séduisent les hommes par leurs chants , afin de les mettre en pièces lorsqu'ils seront endormis. Qui peut adopter de tels contes , est digne aussi de croire que des dragons donnèrent à Méléampe l'intelligence du langage des oiseaux , en lui léchant les oreilles ; il croira ce qu'a dit Démocrite , qu'en mêlant le sang de quelques oiseaux qu'il nomme , il naîtra un serpent ; que quiconque mangera ce serpent , comprendra les entretiens des oiseaux : il admettra de même les merveilles que cet écrivain rapporte du cochevis en particulier. La science augurale n'est-elle pas assez embrouillée sans l'embarrasser encore de toutes ces rêveries ?

Homère parle de certains oiseaux qu'il nomme scopes. Pour moi , j'ai peine à conce-

nus : neque harum satyricos motus, cùm insidentur, plerisque memoratos facîle conceperim mente : neque ipsæ jàm aves noscuntur. Quamobrem de confessis disseruisse præstitit.

LXXI. 50. Gallinas saginare Deliaci cœpere : undè pestis exorta opimas aves et suoapte corpore unctas devorandi. Hoc primùm antiquis cenarum interdictis exceptum invenio jàm lege C. Fannii cos. XI. annis antè tertium Punicum bellum, « ne quid volucre poneretur, » præter unam gallinam, quæ non esset altilis » : quod deindè caput translatum per omnes leges ambulavit. Inventumque diverticulum est, in fraude earum, gallinaceos quoque pascendi lacte addito cibus : multò ità gratiores adprobantur. Femine quidem ad saginam non omnes eliguntur, nec nisi in cervice pingui cute. Postea culinarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora, ut à pede uno dilatæ repositoria occupent. Dedere et Parthi cocis suos mores. Nec tamen in hoc mango-

voir ce que la plupart des auteurs racontent des mouvemens grotesques que font ces scopes, lorsqu'ils sont entourés par les chasseurs. Ces oiseaux même ne sont plus connus (33). Il vaut mieux donner quelques détails sur ceux dont l'existence n'est pas contestée.

Les Déliens ont les premiers engraisés des poules. C'est d'eux que vient cette fureur de dévorer des oiseaux chargés d'embonpoint et arrosés de leur propre lard. La loi de C. Fânnius, consul onze ans avant la troisième guerre punique, me fait voir que cet abus est le premier qui ait été interdit par les anciennes lois somptuaires (34). Elles défendoient qu'on servit d'autre volaille qu'une seule poule de basse-cour. Cette défense a été répétée depuis dans toutes les lois somptuaires. Pour les éluder, on a imaginé de nourrir de jeunes coqs avec de la pâte détrempée dans le lait. On prétend qu'ils en sont plus délicats. Au surplus, toutes les poules ne sont pas également bonnes pour l'engrais. On ne choisit que celles qui ont la peau du cou grasse. Après cela, s'exerce le talent du cuisinier (35) : il faut que les cuisses de la volaille aient une belle apparence; qu'elle soit fendue le long du dos, et que, dès qu'on la soulève par un seul pied, les différentes parties s'étendent sur toute la capacité du plat, et dépassent même les bords. Les Parthes aussi

nio quidquam totum placet : hîc clune, alibi pectore tantum laudatis.

LXXII. Aviaria primus instituit, inclusis omnium generum avibus, M. Lænius Strabo Brundisii equestris ordinis. Ex eo cœpimus carcere animalia coercere, quibus rerum natura cœlum adsignaverat.

51. Maximè tamen insignis est in hâc memoriâ, Clodii Æsopi tragici histrionis patina, H-s. centum taxata : in quâ posuit aves cantu aliquo aut humano sermone vocales, H-s. senis singulas coemptas : nullâ aliâ inductus suavitate, nisi ut in his imitationem hominis manderet, ne quæstus quidem suos reveritus illos opimos et voce meritos : dignum prorsus filio, à quo devoratas diximus margaritas. Non sit tamen (ut verum fatear) facile inter duos judicium turpitudinis : nisi quod minus est summis rerum naturæ opes, quam hominum linguas, cenasse.

LXXIII. 52. Generatio avium simplex videtur esse, cum et ipsa sua habeat miracula,

ont donné leurs modes à nos cuisiniers (36). Et pourtant, malgré tout leur savoir-faire, nulle pièce ne plaît toute entière. Ici on ne vante que la cuisse, là on n'aime que l'estomac.

Lénius Strabon, de l'ordre des chevaliers, fit, le premier, construire à Brindes des volières où il renferma des oiseaux de toute espèce (37). C'est de ce moment que nous avons resserré dans une prison les animaux à qui la nature avoit assigné le ciel pour domaine.

Mais ce qu'il y a de plus fameux en ce genre, c'est le plat qui fut servi au tragédien Clodius Ésopus. Il coûta cent mille sesterces (22,500 f.) Il n'étoit composé que d'oiseaux qui chantent ou qui parlent. Ésopus les avoit payés chacun six mille sesterces (1350 f.), sans y chercher d'autre plaisir que celui de manger en eux une imitation de l'homme. Il oublioit donc, ce mortel sans pudeur, que c'étoit à sa voix qu'il devoit lui-même son immense fortune : digne père de ce Clodius qui dévora des perles, comme je l'ai rapporté plus haut. A dire vrai, il n'est pas aisé de prononcer lequel des deux a commis l'action la plus indigne. Peut-être cependant est-il moins horrible d'avoir mangé les chef-d'œuvres les plus riches de la nature, que de s'être nourri de langues humaines.

La génération des oiseaux paroît simple dans ses moyens, quoiqu'elle ait elle-même ses mer-

quoniam et quadrupedes ova gignunt, chameleones, lacertæ, et quæ diximus inter serpentes. Pennatorum autem infecunda sunt, quæ aduncos habent ungues: cenchris sola ex his supra quaternâ edit ova. Tribuit hoc avium generi natura, ut fecundiores essent fugaces earum, quàm fortes. Plurima pariunt struthiocameli, gallinæ, perdices. Soli coitus avibus duobus modis: feminâ humi consistente, ut in gallinis: aut stante, ut in gruibus.

LXXIV. Ovorum alia sunt candida, ut columbis, perdicibus: alia pallida, ut aquaticis: alia punctis distincta, ut meleagridi: alia rubri coloris, ut phasianis, cenchridi. Intus autem omne ovum volucrum bicolor. Aquaticis lutei plus quàm albi, idque ipsum magis luridum quàm ceteris. Piscium unus color, in quo nil candidi.

Avium ova ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia.

veilles, puisque des quadrupèdes aussi produisent des œufs. Tels sont les caméléons, les lézards et d'autres que nous avons nommés lorsque nous parlions des serpens. Les oiseaux qui ont les ongles crochus sont peu féconds : la cresserelle est la seule de ce genre qui produise au delà de quatre œufs. La nature a donné une plus grande fécondité aux oiseaux timides qu'aux oiseaux courageux : ceux qui font les pontes les plus nombreuses sont l'autruche, la poule et la perdrix. L'accouplement ne s'opère que de deux manières parmi les oiseaux ; la femelle s'accroupit comme la poule, ou reste debout comme la grue.

Les œufs ne sont pas tous de la même couleur. Les uns sont blancs, comme ceux du pigeon et de la perdrix ; d'autres sont pâles, comme ceux des oiseaux aquatiques ; variés et tachetés, comme ceux de la peintade : ceux du faisan et de la cresserelle sont rouges. Tous les œufs des oiseaux sont de deux couleurs en dedans. Ceux des oiseaux aquatiques ont plus de jaune que de blanc, et le jaune est plus pâle que dans les autres. Ceux des poissons n'ont point de blanc. Ils sont d'une seule couleur.

Les œufs des oiseaux sont friables et cassans, à cause de la chaleur de ces animaux : par une raison contraire, ceux des serpens sont souples et flexibles : ceux des poissons sont mous à cause de

Aquatilium, rotunda : reliqua ferè fastigio cacuminata. Exeunt à rotundissimâ sui parte, dùm pariuntur, molli putamine, sed protinùs durescente, quibuscumque emergunt portionibus. Quæ oblonga sint ova, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Feminam edunt, quæ rotundiora gignuntur, reliqua marem. Umbilicus ovis à cacumine inest, ceù gutta emimens in putamine.

53. Quædam omni tempore coeunt, ut gallinæ, et pariunt, præterquàm duobus mensibus hiemis brumalibus. Ex iis juvencæ plura, quàm veteres, sed minora, et in eodem fetu prima ac novissima. Est autem tanta fecunditas, ut aliquæ et sexagena pariant, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantum ut effetæ moriantur. Adrianis laus maxima.

Columbæ decies anno pariunt, quædam et undecies : in Ægypto verò etiàm brumali mense. Hirundines, et merulæ, et palumbi, et tur-

l'humide dans lequel ils vivent. Les œufs des oiseaux aquatiques sont ronds ; les autres sont ordinairement alongés par le bout. Ils sortent de l'animal par le bout le plus gros : au moment de la ponte , la coquille est molle ; mais elle se durcit aussitôt , à mesure que chaque partie se montre au jour. Horace pense que les œufs oblongs sont d'un goût plus délicat (38). Les plus ronds produisent des femelles , et les autres des mâles. Sous le sommet de l'œuf est le germe, comme une goutte de liqueur qui surnage dans la coque.

Certains oiseaux s'accouplent et pondent en tout temps , excepté pendant les deux mois qui tiennent au solstice d'hiver. Telles sont les poules. Les jeunes pondent plus souvent que les vieilles , mais leurs œufs sont moins gros. Dans une même ponte , les premiers et les derniers œufs sont les plus petits. Telle est la fécondité des poules que quelques-unes pondent soixante fois avant de couvrir , d'autres donnent un œuf par jour , d'autres en donnent deux : il en est qui pondent jusqu'à ce qu'elles meurent d'épuisement. Les plus estimées sont les poules d'Adria (39).

Les pigeons font dix et quelquefois onze pontes par an. En Égypte , ils pondent même au solstice d'hiver. Les hirondelles , les merles , les ramiers et les tourterelles font deux pontes chaque an-

tures bis anno pariunt : ceteræ aves ferè semel.

Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes penè contextim , in secessu generant. A coitu diebus decem ova maturescunt in utero.

Vexatæ autem gallinæ et columbæ pennâ evulsâ , aliâve simili injuriâ , diutius.

Omnibus ovis medio vitelli parva inest velût sanguinea gutta , quod esse cor avium existimant , primum in omni corpore id gigni opinantes : in ovò certè gutta ea salit , palpitatque.

Ipsum animal ex albo liquore ovi incorporatur.

Gibus in luteo est. Omnibus intus caput majus toto corpore : oculi compressi capite majores.

Inerescente pullo , candor in medium vertitur ,

luteum circumfunditur. Vicesimo die , si moveatur ovum , jam viventis intrâ putamen vox auditur.

Ab eodem tempore plumescit : itâ

positus , ut caput suprâ dextrum pedem habeat , dextram verò alam suprâ caput. Vitellus paulatim deficit. Aves omnes in pedes

nascuntur , contrâ quàm reliqua animalia.

née : les autres n'en font ordinairement qu'une. Les grives font leur couvée avant leur départ ; elles construisent leurs nids avec de la boue au sommet des arbres , et si près les uns des autres qu'ils forment une espèce de chaîne. Après l'accouplement , les œufs sont dix jours à mûrir dans l'ovaire de la femelle. Les poules et les pigeons qui ont eu les plumes arrachées , ou qui ont été maltraités de quelque autre manière , tardent plus long-temps à pondre.

Tous les œufs ont au milieu du jaune comme une goutte de sang , que plusieurs croient être le cœur de l'oiseau , pensant que , chez tous les animaux , cette partie est celle qui se forme la première. Du moins est-il certain que cette goutte , dans l'œuf , saute et palpite. Le corps de l'animal se forme du blanc , et se nourrit du jaune. Dans tout embrion , la tête est plus grosse que le reste du corps : les yeux sont fermés et plus grands que la tête. A mesure que le poulet prend de l'accroissement , le blanc passe au milieu , le jaune s'étend tout à l'entour. Le vingtième jour , si on remue l'œuf , on entend déjà piper le poussin vivant. Dès-lors il commence à se couvrir de plumes ; sa situation est telle que la tête pose sur le pied droit , et l'aile droite sur la tête. Le jaune s'épuise peu à peu. Tous les oiseaux naissent par les pieds ; c'est le contraire pour les autres animaux. Il y a des

Quædam gallinæ omnia gemina ova pariunt, et geminos interdum excludunt, ut Cornelius Celsus auctor est, alterum majorem. Aliqui negant omnino geminos excludi. Plus vicena quina incubanda subjici vetant. Parere à brumâ incipiunt. Optima fetura antè vernum æquinotium. Post solstitium nata non implent magnitudinem justam, tantòque minùs, quantò seriùs provenere.

LXXV. 54. Ova incubari intrâ decem dies edita utilissimum : vetera aut recentiora infecunda. Subjici impari numero debent. Quarto die postquàm cæpere incubari, si contrâ lumen cacumine ovarum adprehenso unâ manu, purus et uniusmodi perluceat color, sterilia existimantur esse, proque eis alia substituenda. Et in aquâ est experimentum : inane fluitat : itaque sidentia, hoc est, plena, subjici volunt. Concuti verò experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.

Incubationi datur initium post novam lu-

poules dont les œufs renferment toujours deux jaunes. Si l'on en croit Cornélius Celsus, il en éclot quelquefois deux poussins, dont l'un est plus fort que l'autre. Quelques auteurs nient la naissance de ces poussins jumeaux. On prescrit de ne point donner aux poules plus de vingt-cinq œufs à couvrir. Elles commencent à pondre après le solstice d'hiver. Les meilleures couvées se font avant l'équinoxe du printemps. Les poussins éclos après le solstice d'été n'arrivent pas à leur juste grandeur, et ils y parviennent d'autant moins qu'ils sont nés plus tard après cette époque.

Les œufs qui n'ont pas plus de dix jours sont les meilleurs à faire couvrir : plus anciens ou trop nouveaux, ils sont inféconds. On doit les mettre sous la poule en nombre impair. Si le quatrième jour après l'incubation commencée, vous prenez un œuf par les deux bouts, et qu'en l'approchant d'une lumière il vous paroisse clair et d'une seule couleur, il est stérile; il faut en substituer un autre. On les éprouve aussi dans l'eau. Les œufs clairs surnagent. On donnera donc à la poule ceux qui vont au fond, ceux-là sont fécondés. Les secouer pour les éprouver, est une mauvaise méthode; car alors les principes de la génération étant brouillés et confondus, les œufs ne produiront rien.

L'incubation doit commencer après la nouvelle

nam, quia prius inchoatâ non proveniant. Celerius excluduntur calidis diebus. Ideò æstate undevicesimo educunt fetum : hieme, xxv. Si incubitu tonuit, ova pereunt : et accipitris auditâ voce vitiantur. Remedium contrâ tonitrus, clavus ferreus sub stramine ovorum positus, aut terra ex aratro. Quædam autem et citrà incubitum sponte naturæ gignunt, ut in Ægypti fimetis. Scitum de quodam reperitur, Syracusis tandiù potare solitum, donèc cooperta terrâ fetum ederent ova.

LXXVI. 55. Quin et ab homine perficiuntur. Julia Augusta, primâ suâ juventâ Tiberio Cæsare ex Nerone gravida, cùm parere virilem sexum admodum cuperet, hõc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo, atque cùm deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor. Nec falsò augurata proditur. Nupèr indè fortassè inventum, ut ova in calido loco imposita paleis igne modico foverentur, homine versante, paritèrque et stato die illinc erumperet fetus. Traditur quædam ars gallinarii

lune : avant , elle ne réussiroit pas. Les œufs éclosent plus vite pendant les chaleurs. Dix-neuf jours suffisent l'été : l'hiver , il en faut vingt-cinq. Le tonnerre fait périr les œufs : la voix de l'épervier les gâte. Le remède contre les effets du tonnerre , c'est de placer sous la paille du nid un clou de fer ou de la terre détachée d'une charrue. Les œufs peuvent éclore naturellement sans le secours de l'incubation (40), comme on le voit dans les fumiers de l'Égypte. On connoît ce conte d'un Syracusain qui buvoit sans discontinuer , jusqu'à ce que des œufs couverts de terre fussent éclos.

La chaleur humaine est même suffisante pour faire éclore les œufs. Dans sa première jeunesse , l'impératrice Livie , étant femme de Tibérius Néron , et enceinte de Tibère , désiroit ardemment d'avoir un fils. Voulant augurer du sexe de son enfant par le sexe du poussin qui naîtroit , elle imagina de couvrir un œuf dans son sein ; quand il falloit qu'elle le quittât , elle le remettoit à sa nourrice pour en prendre le même soin , afin qu'il ne se refroidît pas. On rapporte qu'elle ne fut point trompée par le présage. C'est peut-être delà qu'est venue cette invention récente d'échauffer , par un feu modéré , des œufs placés sur la paille , dans un lieu sec et tempéré : un homme les retourne de temps en temps , et ils éclosent tous à la fois

cujusdam, dicentis quod ex quâque esset. Narrantur et mortuâ gallinâ mariti earum visi succedentes invicem, et reliqua fetæ more facientes, abstinentesque se à cantu. Super omnia est anatum ovis subditis atque exclusis admiratio, primò non planè agnoscentis fetum : mox incertos incubitus sollicitè convocantis : postremò lamenta circâ piscinæ stagna, mergentibus se pullis naturâ duce.

LXXVII. 56. Gallinarum generositas spectatur cristâ erectâ, interdùm geminâ, pennis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquandò et super quatuor digitos transverso uno. Ad rem divinam, luteo rostro pedibusque, puræ non videntur : ad opertanea sacra, nigræ. Est et pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus certa fecunditas rara, et incubatio ovis noxia.

LXXVIII. 57. Inimicissima autem omnium generi pituita, maximèque inter messis et vin-

au jour marqué. On parle du talent d'un nourrisseur de volailles qui, à l'inspection d'un œuf, disoit de quelle poule il étoit sorti (41). On raconte qu'une poule étant morte, des coqs prirent successivement sa place, et remplirent toutes les fonctions d'une bonne couveuse, s'abstenant même de chanter. Mais le spectacle le plus singulier, c'est de voir une poule à qui l'on a fait couvrir des œufs de canne, méconnoître d'abord les poussins qui en sont éclos, ensuite appeler avec inquiétude ces nouveaux nés dont elle ose à peine se croire la mère, enfin s'agiter et se lamenter sur le bord d'un étang, lorsque, guidés par la nature, ils vont se plonger dans l'eau.

Une bonne poule doit avoir la crête droite, ou même double, le bout de l'aile noir, le bec rouge, les doigts inégaux, quelquefois même un cinquième doigt placé transversalement : celles qui ont le bec et les pieds jaunes ne sont pas réputées pures pour les sacrifices. On choisit des poules noires pour les mystères de la bonne déesse. Il y a aussi une espèce naine qui n'est pas stérile : c'est ce qu'on ne voit dans aucun autre genre d'oiseaux ; mais elles pondent rarement, sans époque fixe, et leur incubation ne produit rien.

La maladie la plus dangereuse pour toute l'espèce est la *pepie*, surtout entre la moisson

demiae tempus. Medicina in fame, et cubitus in fumo, utique si ex lauro, aut herbâ sabinâ fiat : penna per transversas inserta nares, et per omnes dies mota : cibus, allium cum farre, aut aquâ perfusus, in quâ maduerit noctua, aut cum semine vitis albæ coctus ; et quædam alia.

LXXIX. 58. Columbæ proprio ritu osculantur antè coitum. Pariunt ferè bina ova : ità naturâ moderante, ut aliis crebrior sit fetus, aliis numerosior. Palumbes et turtures plurimum terna : nec plus quàm bis vere pariunt : atque ità, si prior fetus corruptus est : et quamvis tria pepererint, numquàm plus duobus educunt. Tertium quod irritum est, urinum vocant. Palumbis incubat femina post meridiana in matutinum, ceterò mas. Columbæ marem semper et feminam pariunt, priorem marem, postridie feminam. Incubant in eo genere ambo, interdiù mas, noctu femina. Excludunt vicesimo die. Pariunt à coitu quinto. Æstate quidem interdùm binis mensibus terna educunt paria : nàm decimo-

et la vendange. Les remèdes sont la diète et les fumigations de laurier et de sabbine. On leur passe aussi dans les narines une plume qu'on retourne tous les jours. Il faut les nourrir avec de la farine mêlée d'ail ou détrempeée dans une eau où l'on aura plongé un chat-huant, ou cuite avec de la graine de couleuvrée sauvage. On indique encore d'autres recettes.

Les pigeons préludent par des baisers à des caresses plus intimes. Ils pondent ordinairement deux œufs. La nature a voulu que la ponte fût plus fréquente dans certaines espèces, et plus nombreuse dans d'autres. Les ramiers et les tourterelles donnent au plus trois œufs. Ils ne font que deux pontes au printemps, encore faut-il que la première couvée ait été détruite : lors même qu'ils ont pondu trois œufs, il n'en éclot que deux ; le troisième, qui est infécond, se nomme *œuf du vent*. La femelle du ramier couve depuis midi jusqu'au lendemain matin, le mâle la remplace le reste du temps. Les pigeons produisent toujours un mâle et une femelle ; le mâle éclot le premier, et la femelle le lendemain. Ils couvent tous les deux, le mâle pendant le jour, la femelle pendant la nuit. Leurs œufs éclosent le vingtième jour. La femelle pond cinq jours après l'approche du mâle. En été, ils font quel-

octavo die excludunt, statimque concipiunt. Quare inter pullos sæpè ova inveniuntur, et alii provolant, alii erumpunt. Ipsi deindè pulli quinquemestres fetificant. Et ipsæ autem inter se (si mas non sit) feminæ æquè saliunt, pariuntque ova irrita, ex quibus nihil gignitur : quæ hypenemia Græci vocant.

59. Pavo à trimatu parit. Primo anno unum aut alterum ovum, sequenti quaterna quinave, ceteris duodena, non ampliùs, intermittens binos dies ternosve parit, et ter anno, si gallinis subjiciantur incubanda. Mares ea frangunt desiderio incubantium. Quapropter noctu et in latebris pariunt, aut in excelso cubantes : et nisi molli strato excepta, franguntur. Mares singuli quinis sufficiunt conjugibus. Cùm singulæ aut binæ fuere, corrumpitur salacitate fecunditas. Partus excluditur diebus tèr novenis, aut tardiùs tricesimo.

Anseres in aquâ coeunt, pariunt vere : aut si brumâ coivere, post solstitium, quadra-

quefois trois couvées en deux mois ; car alors leurs œufs éclosent le dix-huitième jour , et les femelles se remettent de suite à pondre. Aussi trouve-t-on souvent des œufs parmi les petits , et voit-on des pigeonneaux qui s'envolent du nid , pendant que d'autres sortent de l'œuf. Les petits à leur tour produisent au bout de cinq mois. Les femelles elles-mêmes , lorsqu'elles sont privées de mâles , s'excitent entre elles , et pondent des œufs clairs qui ne produisent rien : les Grecs nomment ces œufs hypénémiens.

L'âge de la pleine fécondité pour le paon est à trois ans. Il pond la première année un ou deux œufs ; la seconde quatre ou cinq , et les autres douze ; jamais plus. Il ne pond que de trois ou quatre jours l'un. Si on fait couvrir ses œufs par une poule , il fait trois pontes. Les mâles brisent les œufs afin de jouir de la couveuse. C'est pourquoi la femelle pond la nuit et dans un lieu retiré , ou sur le juchoir même où elle est perchée , et l'œuf se brise si on n'étend au-dessous de la paille pour le recevoir. Chaque mâle suffit à cinq femelles. Lorsqu'il n'en a qu'une ou deux , il trouble l'œuvre de la génération à force d'en répéter les actes. Les œufs éclosent le vingt-septième jour ou le trentième au plus tard.

Les oies se joignent dans l'eau. Elles pondent au printemps , ou quarante jours après le sol-

ginta propè. Bis anno, si priorem fetum galinæ excludant : aliàs plurima ova sedecim : paucissima, septem. Si quis surripiat, pariunt donèc rumpantur. Aliena non excludunt. Incubanda subjici utilissimum novem, aut undecim. Incubant feminae tantum tricenis diebus : si verò tepidiores sint, vigintiquinque. Pullis eorum urtica contactu mortifera, nec minùs aviditas, nunc satietate nimiâ, nunc suâmet vi : quandò adprehensâ radice, morsu sæpè conantes avellere, antè colla sua abrumpunt. Contrâ urticam remedium est, stramento ab incubitu subdita radix earum.

60. Ardeolarum tria genera : leucon, asterias, pellos. Hi in coitu anguntur. Mares quidè cum vociferatu sanguinem etiàm ex oculis profundunt. Nec minùs ægrè pariunt gravidæ. Aquila tricenis diebus incubat, et ferè majores alites : minores vicenis, ut milvus et accipiter. Singulos ferè parit, numquàm plus ternos : is qui ægoliis vocatur, quaternos,

stice , si elles se sont accouplées l'hiver. On obtient deux pontes , lorsque l'on fait couver leurs premiers œufs par des poules ; autrement elles en pondent seize au plus , et sept au moins. Si on leur dérobe leurs œufs , elles continuent de pondre jusqu'à ce qu'elles soient épuisées. Elles ne font point éclore les œufs étrangers à leur espèce. Le mieux est de leur donner neuf ou onze œufs à couver. Les femelles seules couvent pendant trente jours , et pendant vingt-cinq si on les tient chaudement. Le contact de l'ortie est mortel pour leurs poussins. Leur propre avidité ne leur est pas moins funeste , soit par l'excès de nourriture qu'ils prennent , soit par les efforts qu'ils font. Souvent , en voulant arracher une racine , ils se brisent les vertèbres du cou. Le remède contre l'ortie est une racine de cette plante posée sous la paille de leur nid.

Il y a trois sortes de hérons , le blanc , l'étoilé , le cendré. Celui-ci éprouve de grandes douleurs dans l'accouplement. Le mâle jette des cris ; le sang même lui sort par les yeux. La femelle ne souffre pas moins lorsqu'elle pond. L'aigle couve pendant trente jours , ainsi que les grands oiseaux. Ceux qui sont moins grands , tels que le corbeau et l'épervier , couvent vingt jours. L'aigle ne produit ordinairement qu'un seul aiglon , et jamais plus de trois.

corvus aliquandò et quinos : incubant totidem diebus. Cornicem incubantem mas pascit. Pica novenos : melancoryphus suprâ vicanos parit, semper numero impari : nec alia plures : tantò fecunditas major parvis. Hirundini cæci primò pulli, et ferè omnibus quibus numerosior fetus.

LXXX. Irrita ova, quæ hypenemia diximus, aut mutuâ feminae inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut pulvere : nec columbæ tantum, sed et gallinae, perdices, pavones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia, et minora, ac minùs jucundi saporis, et magis humida. Quidam et vento putant ea generari : quâ de causâ etiàm zephyria appellantur. Hæc autem vere tantum fiunt, incubatione derelictâ, quæ alii cynosura dixerunt.

Ova aceto macerata in tantum emolliuntur, ut per annulos transeant. Servari ea in lomento,

L'oiseau qu'on nomme *ægolios* (la chouette aux yeux jaunes) produit quatre petits, et le corbeau quelquefois cinq. Ces deux derniers couvent un égal nombre de jours. Lorsque la corneille couve, le mâle pourvoit à sa nourriture. La pie fait neuf œufs, et le bec-figue en pond plus de vingt, toujours en nombre impair : tant la fécondité est plus grande dans les petites espèces ! Les petits des hirondelles ne voient pas dans les premiers jours : il en est ainsi de presque toutes les espèces dont les produits sont nombreux.

Les œufs clairs et sans germe (42), que nous avons nommés hypénémiens, sont le résultat d'une fécondité imparfaite que les femelles se procurent en s'excitant entre elles par un mutuel frottement, ou en se roulant dans la poussière : c'est ce qui arrive non-seulement chez les pigeons, mais chez les poules, les perdrix, les paons, les oies et les chénalopèces. Ces œufs sont stériles, plus petits, moins agréables au goût, plus humides. Quelques-uns les croient produits par le vent, et les ont nommés zéphyriens. Les œufs que d'autres ont nommés cynosures ne se trouvent qu'au printemps, lorsqu'une couvaison a été abandonnée.

Macérés dans le vinaigre, les œufs s'amolissent au point de pouvoir passer par un anneau. Le meilleur moyen de les conserver, c'est de

aut hieme in paleis, æstate in furfuribus, utilissimum. Sale exinaniri creduntur.

LXXXI. 61. Volucrum animal parit vesperilio tantum, cui et membranaceæ pinnæ uni. Eadem sola volucrum lacte nutrit: ubera admovet. Parens geminos volitat amplexa infantes, secumque portat. Eidem coxendix una traditur, et in cibatu culices gratissimi.

LXXXII. 62. Rursus in terrestribus ova pariunt serpentes: de quibus nondum dictum est. Coeunt complexu, adeò circumvolutæ sibi ipsæ, ut una existimari biceps possit. Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terrestrium eadem sola intrà se parit ova unius coloris et mollia, ut pisces. Tertiâ die intrà uterum catulos excludit: deindè singulos singulis diebus parit, viginti ferè numero. Itaque ceteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occisâ parente. Ceteræ serpentes contexta ova in terrâ incubant, et fetum sequente excludunt anno. Crocodili

les mettre dans de la farine de fèves ou sur la paille en hiver , et dans le son en été. On dit que dans le sel ils se vident entièrement.

De tous les oiseaux , la chauve-souris est le seul qui soit vivipare (43). C'est aussi le seul dont les ailes soient formées d'une membrane : le seul qui ait des mamelles et qui allaite ses petits. Ils sont toujours au nombre de deux. La mère voltige en les tenant embrassés , et les transporte avec elle. On dit qu'elle n'a qu'un os à la cuisse. Elle est très - friande de mouches.

Parmi les animaux terrestres , les serpens produisent des œufs. Je n'ai point encore parlé de leur génération. Ils s'accouplent en s'embrassant , repliés l'un autour de l'autre , et serrés de si près qu'on croiroit voir un seul serpent à deux têtes. Le mâle de la vipère introduit sa tête dans la gueule de sa femelle qui la ronge dans le transport de sa fureur amoureuse (44). Seule de tous les animaux terrestres , elle produit en elle-même des œufs qui sont mous et d'une seule couleur , comme ceux des poissons. Le troisième jour ils éclosent dans son corps, puis elle en jette un par jour, jusqu'au nombre de vingt. Les derniers , impatiens de sortir , percent les flancs de la mère , et lui donnent la mort. Les autres serpens couvent sur la terre leurs œufs , qui sont tous attachés en-

vicibus incubant, mas et femina. Sed reliquorum quoque terrestrium reddatur generatio.

LXXXIII. 63. Bipedum solus homo animal gignit. Homini tantum primi coitus pœnitentia, augurium scilicet vitæ à pœnitendâ origine. Ceteris animalibus statim per tempora anni concubitus : homini (ut dictum est) omnibus horis dierum noctiumque. Ceteris satietas in coitu, homini propè nulla. Messalina Claudii Cæsaris conjux, regalem existimans palmam, elegit in id certamen nobilissimam è prostitutis ancillam mercenariæ stipis, eamque nocte ac die superavit, quinto atque vicesimo concubitu.

In hominum genere maribus diverticula Veneris excogitata, omnia scelere naturæ : feminis verò abortus. Quantum in hâc parte multò nocentiores quàm feræ sumus ? Viros avidiores Veneris hieme, feminas æstate, Hesiodus prodidit.

Coitus aversis elephantis, camelis, tigribus,

semble (45). Ils éclosent l'année suivante. Dans l'espèce du crocodile, le mâle et la femelle couvent alternativement (46). Mais parlons aussi de la génération des autres animaux terrestres.

L'homme est le seul des bipèdes qui soit vivipare. Lui seul se repent, la première fois qu'il a fait usage de la femme. Tel est donc le triste présage de notre existence, un repentir ! Les autres animaux ont des saisons déterminées pour se perpétuer par l'union des sexes : l'homme peut, comme je l'ai déjà dit, se reproduire à toutes les heures du jour et de la nuit. Chez les autres, la jouissance amène la satiété ; l'homme en est presque insatiable. Messaline, femme de l'empereur Claude (47), jugeant une telle victoire digne de la maîtresse de l'empire, choisit dans les plus vils repaires de la débauche la plus fameuse de toutes les prostituées, et triompha de cette illustre rivale ; elle avoit soutenu vingt-cinq assauts dans l'espace d'un jour et d'une nuit.

Il étoit réservé à la perversité humaine d'imaginer pour un sexe des unions qui outragent la nature, et pour l'autre l'art impie des avortemens. Ah ! combien nous sommes en ce genre plus coupables que les brutes ! Hésiode a écrit que les hommes sont plus ardens l'hiver, et les femmes l'été.

Les éléphants, les chameaux, les tigres, les

lyncibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus aversa genitalia. Cameli etiâ solitudines, aut secreta certè petunt : neque intervenire datur sinè pernicie. Coitus totâ die : et his tantùm ex omnibus quibus solida ungula. In quadrupedum genere mares olfactus accendit. Avertuntur et canes, phocæ, lupi, in medioque coitu, invitique etiâ cohærent. Supradictorum plerisque feminae priores superveniunt, reliquis mares. Ursi autem, ut dictum est, humanitùs strati, herinacei stantes ambo inter se complexi : feles, mare stante, feminâ subjacente : vulpes, in latera projectæ, maremque feminâ amplexâ. Taurorum cervorumque feminae vim non tolerant : eâ de causâ ingrediuntur in conceptu. Cervi vicissim ad alias transeunt, et ad priores redeunt. Lacertæ, ut ea quæ sinè pedibus sunt, circumplexu Venerem novere.

Omnia animalia quò majora corpore, hõc minùs fecunda sunt. Singulos gignunt elephanti, cameli, equi : acanthis duodenas,

lynx, les rhinocéros, les lions, les dasypodes et les lapins qui ont les parties de la génération dirigées en arrière, s'accouplent croupe à croupe. Les chameaux cherchent les solitudes ou du moins des lieux écartés : il y auroit beaucoup de danger à les troubler. Leur accouplement dure un jour entier ; ce qui n'arrive qu'à eux parmi les solipèdes. Chez tous les quadrupèdes, l'odeur de la femelle excite le mâle. Les chiens, les phoques et les loups se retournent au milieu de l'accouplement, et restent attachés ensemble, même malgré eux. Dans la plupart des espèces que j'ai nommées, les femelles sautent les premières sur les mâles. Les ours, ainsi que je l'ai dit, s'accouplent couchés, à la manière de l'homme : les hérissons, tous deux debout et se tenant embrassés : les chats, le mâle dressé et la femelle étendue sous lui : les renards couchés sur le côté, la femelle embrassant le mâle. Les vaches et les biches ne peuvent soutenir les attaques du mâle ; voilà pourquoi elles marchent au moment de la conception. Les cerfs passent successivement à différentes biches, puis reviennent aux premières. Les lézards s'accouplent en s'entortillant l'un à l'autre, comme font tous les animaux sans pieds.

Tous les animaux sont d'autant moins féconds qu'ils sont plus grands. L'éléphant, le

avis minima. Ocissimè pariunt, quæ plurimos gignunt. Quò majus est animal, tantò diutiùs formatur in utero. Diutiùs gestantur, quibus longiora sunt vitæ spatia. Neque crescentium tempestiva ad generandum ætas. Quæ solidas habent ungulas, singulos : quæ bisulcas, et geminos pariunt. Quorum in digitos pedum fissura divisa est, ea numerosiora in fetu. Sed superiora omnia perfectos edunt partus, hæc inchoatos : in quo sunt genere leænæ, ursæ : et vulpes informia etiã magis, quàm supradicta, parit : rarumque est videre parientem. Postea lambendo calefaciunt fetus omnia ea, et figurant. Pariunt plurimùm quaternos.

Cæcos autem gignunt canes, lupi, pantheræ, thoes. Canum plura genera. Laconicæ octavo mense utrimque generant. Ferunt sexaginta diebus, et plurimùm tribus. Ceteræ canes et semestres coitum patiuntur. Implentur omnes uno coitu. Quæ antè justum tempus concepere, diutiùs cæcos habent ca-

chameau, le cheval ne produisent qu'un petit ; le chardonneret, très-petit oiseau, en produit jusqu'à douze. Ceux qui multiplient le plus enfantent aussi le plus vite. Plus un animal est grand, plus il est de temps à se former dans le corps de la mère. La gestation est d'une plus longue durée dans les espèces dont la vie est plus étendue. Les animaux ne sont en état d'engendrer que lorsqu'ils ont pris leur accroissement. Les solipèdes ne font qu'un petit : les pieds-fourchus en font deux. Les portées des fissipèdes sont plus nombreuses. Les premiers produisent leurs petits parfaits ; les fissipèdes ne les produisent qu'ébauchés : de ce genre sont les lionnes et les ourses : ceux du renard sont encore plus informes : il est rare de surprendre la femelle du renard au moment où elle met bas. Ces animaux échauffent leurs petits et leur donnent une forme en les léchant. Ils en produisent au plus quatre.

Le chien, le loup, la panthère et le thos naissent avec les yeux fermés. Les chiens forment plusieurs espèces. Ceux de Laconie engendrent à huit mois. Les femelles portent soixante ou soixante-trois jours au plus. Celles des autres races reçoivent le mâle à six mois. Un seul accouplement suffit pour qu'elles conçoivent. Celles qui ont été couvertes avant cet âge gardent leurs petits plus long-temps aveugles, et

tulos, nec omnes totidem diebus. Existimantur in urinâ attollere crus ferè semestres : id est signum consummati virium roboris : feminæ hoc idem sidentes. Partus duodeni, quibus numerosissimi : ceterò quini, seni, aliquandò singuli, quod prodigiosum putant, sicùt omnes mares, aut omnes feminas gigni. Primos quoque mares pariunt : in ceteris alternant. Ineuntur à partu sexto mense. Octonos Laconicæ pariunt. Propria in eo genere maribus labore salacitas. Vivunt Laconici annis denis, feminæ duodenis : cetera genera quindenos annos, aliquandò et vicenos : nec totâ suâ ætate generant, ferè à duodecimo desinentes. Felium et ichneumonum reliqua, ut canum. Vivunt annis senis.

Dasyodes omni mense pariunt, et superfetant, sicùt lepores. A partu statim implentur. Conciipiunt, quamvis ubera siccante fetu. Pariunt verò cæcos. Elephanti, ut diximus, pariunt singulos, magnitudine vituli trimestris. Cameli duodecim mensibus ferunt : tri-

tous ne le sont pas un égal nombre de jours. A six mois, les mâles lèvent la cuisse pour uriner; ce qui indique qu'ils ont pris tout leur accroissement. Les femelles s'accroupissent. Les portées les plus nombreuses sont de douze; mais ordinairement elles sont de cinq, de six, quelquefois d'un seul, ce qui est regardé comme un prodige, de même que lorsque les petits sont tous mâles ou tous femelles. Les premières portées ne donnent que des mâles: dans les suivantes, les mâles et les femelles sont en nombre égal. Elles retournent au mâle six mois après avoir mis bas. Les chiennes de Laconie font huit petits (48). Ce qui est particulier à cette race, c'est que la fatigue rend les mâles plus ardents. Ces derniers vivent dix ans, et les femelles douze. Les autres vivent quinze et quelquefois vingt ans. Ils n'engendrent pas durant toute leur vie; ils cessent à peu près à la douzième année. Le chat et l'ichnéumon ont le même nombre de petits que le chien. Ils vivent six ans.

Les femelles des dasypodes produisent tous les mois, et sont sujettes à la superfétation, comme les lièvres. Elles redeviennent pleines aussitôt qu'elles ont mis bas, et conçoivent en même temps qu'elles nourrissent. Leurs petits naissent les yeux fermés. Les éléphants, comme je l'ai dit plus haut, ne produisent qu'un pe-

matu pariunt vere, iterumque post annum implentur à partu. Equas autem post tertium diem, aut post unum ab enixu utiliter admitti putant, coguntque invitas. Et mulier septimo die concipere facillimè creditur.

Equarum jubar tondere præcipiunt, ut asinorum in coitu patiantur humilitatem: comantes enim gloriâ superbire. A coitu solæ animalium currunt ex adverso Aquilone Austrove, prout marem aut feminam concepere. Colorem illicò mutant rubriore pilo, vel quicumque sit, pleniore: hoc argumento desinunt admittere, etiam nolentes. Nec impedit partus quasdam ab opere, falluntque gravidæ.

Vicisse Olympia prægnantem Echekratidis Thessali invenimus. Equos, et canes, et suæ in initum matutinum appetere, feminas autem post meridiem blandiri diligentiores tradunt.

tit, de la grandeur d'un veau de trois mois. La femelle du chameau porte douze mois. Elle conçoit à trois ans, se délivre au printemps, et reçoit le mâle au bout d'un an. Quelques-uns pensent qu'il est utile de faire couvrir la jument trois jours, ou même un jour après qu'elle a pouliné, et la contraignent de recevoir le mâle. On croit que la femme elle-même devient facilement enceinte le septième jour après l'accouchement.

On recommande de couper le crin des juments pour qu'elles consentent à se mésallier avec l'âne; fières de leur parure, elles le rejetteroient avec mépris. Elles seules, de tous les animaux, après qu'elles ont été couvertes, courent vers le nord ou le midi, selon qu'elles ont conçu un mâle ou une femelle. Leur couleur change aussitôt. Le poil devient plus rouge, ou s'il est d'une autre couleur, il devient plus foncé; alors elles ne souffrent plus les approches du mâle, elles le refusent même avec obstination. Plusieurs nourrissent sans cesser de travailler, et quelquefois on ne s'aperçoit pas qu'elles sont pleines.

Nous lisons que la jument du Thessalien Échécratide étoit pleine lorsqu'elle remporta le prix aux courses d'Olympie. Des observateurs exacts disent que les chevaux, les porcs et les chiens recherchent les femelles le matin, et que l'après-midi ce sont les femelles qui cher-

Equas domitas LX. diebus equire, antequàm gregales: sues tantùm coitu spumam ore fundere: verrem subantis auditâ voce, nisi admittatur, cibum non capere usquè in matrem: feminas autem in tantum efferari, ut hominem lacerent, candidâ maximè veste indutum. Rabies ea aceto mitigatur naturæ asperso.

Aviditas coitus putatur et cibus fieri: sicut viro erucâ, pecori cæpâ. Quæ ex feris mitigentur, non concipere, ut anseres: apros verò tardè, et cervos, nec nisi ab infantiâ educatos, mirum est. Quadrupedum prægnantes Venerem arcent, præter equam et suam. Sed superfetant dasypus et lepus tantum.

LXXXIV. 64. Quæcumque animal pariunt in capita gignunt, circumacto sub enixum fetu: alias in utero porrecto. Quadrupedes gestantur extensis ad longitudinem cruribus, et ad alvum suam applicatis: homo in semet conglobatus, inter duo genua naribus sitis.

chent les mâles ; que les juments domptées entrent en chaleur soixante jours avant celles qu'on nourrit en troupeaux : que les porcs seuls écumant dans l'accouplement : qu'un porc qui entend la voix d'une truie en chaleur ne mange plus, et maigrit s'il n'en jouit pas ; et que les truies deviennent si furieuses qu'elles déchirent les hommes, surtout ceux qui sont vêtus de blanc. On apaise cette fureur en leur arrosant les parties génitales avec du vinaigre.

On prétend que certains alimens provoquent à l'amour ; que la roquette produit cet effet sur l'homme, et l'oignon sur le bétail. Un fait étonnant, c'est que les oiseaux sauvages ne produisent pas dans l'état de servitude : les oies en sont un exemple ; et que les sangliers et les cerfs, privés de la liberté, n'engendrent que fort tard ; encore faut-il qu'on les ait élevés tout jeunes. Chez les quadrupèdes, les femelles pleines refusent le mâle, excepté la jument et la truie. Mais la superfétation n'a lieu que pour le dasypode et le lièvre.

Tous les animaux vivipares naissent la tête la première. Le fœtus se retourne lorsque le terme approche : jusqu'alors il est étendu dans la matrice. Tant qu'ils sont dans le corps de la mère, les quadrupèdes ont les jambes prolongées et appliquées au ventre. L'homme est courbé et replié, le nez entre les genoux. On croit que les

Molas, de quibus antè diximus, gigni putant, ubi mulier non ex mare, verum ex semetipsâ tantum conceperit: ideò nec animari, quia non sit ex duobus: altricemque habere per se vitam illam, quæ satis arboribusque contingat.

65. Ex omnibus, quæ perfectos fetus, suos tantum et numerosos edunt: item plures, contra naturam solidipedum, aut bisulcorum.

LXXXV. Super cuncta est murium fetus, haud sinè cunctatione dicendus, quamquam sub auctore Aristotele et Alexandri Magni militibus. Generatio eorum lambendo constare, non coitu, dicitur: ex unâ genitos cxx. traderunt: apud Persas verò, prægnantes et in ventre parentis repertas. Et salis gustatu fieri prægnantes opinantur. Itaque desinit mirum esse, undè vis tanta messes populetur murium agrestium: in quibus illud quoque adhuc latet, quoniam modo illa multitudo repente occidat. Nam nec exanimis reperiuntur, neque exstat qui murem hieme in agro

moles, dont j'ai parlé plus haut, se forment lorsque la femme conçoit d'elle-même, sans communication avec l'homme; que ces moles ne s'animent point, parce qu'elles ne résultent pas du mélange des deux sexes; et qu'elles n'ont que la vie végétative des plantes et des arbres.

De tous les animaux dont les petits naissent parfaits, les truies seules donnent des portées nombreuses, et en donnent plusieurs dans l'année, ce qui est contre la nature des solipèdes et des pieds-fourchus.

Mais ce qu'il y a de plus étonnant, c'est l'immense fécondité des rats, et ce n'est pas sans hésiter que j'en parlerai, quoique sur la foi d'Aristote et des soldats d'Alexandre. On dit que ces animaux se reproduisent en se léchant, et non par la voie de la copulation; qu'une seule mère a produit cent vingt petits; que chez les Perses, on a trouvé même dans le corps d'une mère des petits qui étoient prêts à produire; qu'elles conçoivent en léchant du sel. Ne soyons donc plus surpris de ce nombre prodigieux de mulots qui dévastent nos moissons. Aujourd'hui même on ignore encore comment cette multitude immense disparoît tout à coup; car on n'aperçoit point leurs corps, et en fouillant la terre l'hiver, personne n'a jamais trouvé de mulots. Il en paroît quelquefois

effoderit. Plurimi ita ad Troadem proveniunt; et jam inde fugaverunt incolas. Proventus eorum siccitatibus : tradunt etiam obituris vermiculum in capite gigni. Ægyptiis muribus durus pilus, sicut herinaceis. Iidem bipedes ambulant, ceu Alpini quoque. Cùm diversi generis coivere animalia, ita demum generant, si tempus nascendi par habent. Quadrupedum ova gignentium lacertas ore parere (ut creditur vulgò) Aristoteles negat : neque incubant eadem, oblitæ quo sint in loco enixæ, quoniam huic animali nulla memoria. Itaque per se catuli erumpunt.

LXXXVI. 66. Anguem ex medullâ hominis spinæ gigni, accipimus à multis. Pleraque enim occulta et cæcâ origine proveniunt, etiam in quadrupedum genere.

67. Sicut salamandra, animal lacerti figurâ, stellatum, nunquam, nisi magnis imbribus, proveniens, et serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactu restinguat, non alio modo, quàm glacies. Ejusdem sanie, quæ lactea ore vomitur, quacumque parte

des quantités innombrables dans la Troade , et même ils en ont une fois chassé les habitants. C'est dans les sécheresses qu'ils pullulent le plus. On dit qu'il se forme dans leur tête un petit ver qui les fait périr. Les rats d'Égypte ont le poil dur , comme les hérissons. Ils marchent à deux pieds (49) , ainsi que ceux des Alpes. Quand des animaux d'espèces différentes se sont accouplés , ils ne produisent que lorsque la durée de la gestation est la même pour toutes les deux. Aristote nie que , parmi les quadrupèdes ovipares , les lézards pondent par la gueule , comme le croit le vulgaire : ces animaux ne couvent pas leurs œufs , oubliant en quel lieu il les ont déposés ; car ils sont absolument sans mémoire. Leurs petits éclosent tout seuls.

Plusieurs auteurs enseignent qu'il s'engendre un serpent de la moelle épinière de l'homme. Certes la plupart des générations s'opèrent d'une manière occulte et inconnue , même dans l'espèce des quadrupèdes.

La salamandre en est un exemple. Sa forme est celle du lézard ; son corps est étoilé : elle ne se montre jamais que dans les grandes pluies , et disparoît dans le beau temps. Elle est si froide que son contact éteint le feu , comme feroit la glace (50). Elle jette par la gueule une bave blanche qui fait tomber le poil de

corporis humani contactâ, toti defluunt pili : idque quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat.

LXXXVII. 68. Quædam verò gignuntur ex non genitis, et sinè ullâ simili origine, ut suprâ dicta, et quæcumque tempus anni generat. Ex iis quædam nihil gignunt, ut salamandræ. Neque est iis genus masculinum femininumve : sicut neque in anguillis, omnibusque quæ nec animal, nec ovum ex sese generant. Neutrum est et ostreis genus, et ceteris adhærentibus vado vel saxo. Quæ autem per se generantur, si in mares ac feminas descripta sunt, generant quidè aliquid coitu, sed imperfectum et dissimile, et ex quo nihil ampliùs gignatur, ut vermiculos muscæ. Id magis declaravit natura eorum, quæ insecta dicuntur, arduæ explanationis omnia, et privatim dicato opere narranda. Quapropter ingenium prædictorum, et reliqua subtexetur edissertatio.

LXXXVIII. 69. Ex sensibus antè cetera homini tactus, dein gustatus : reliquis supe-

toutes les parties du corps humain qu'elle touche ; et la partie touchée prend la couleur de la lèpre.

Certains animaux sont produits par des êtres non engendrés : leur origine n'a rien de semblable à celle des espèces déjà nommées, et dont la naissance est affectée à certaines saisons. Quelques-uns d'eux ne produisent rien ; les salamandres sont de ce nombre (51). Elles ne sont ni mâles ni femelles, non plus que les anguilles et tous les animaux qui ne se reproduisent ni comme vivipares, ni comme ovipares. Les huîtres et les autres coquillages qui vivent attachés au fond de la mer et aux rochers sont également dépourvus de sexes. Quant aux animaux qui s'engendrent sans le secours de la copulation, s'ils sont divisés en mâles et en femelles, ils produisent en s'accouplant, mais un être imparfait, d'une forme différente et infécond, comme les vers que produisent les mouches. C'est ce que démontrent, d'une manière plus sensible, les insectes, dont la nature est très-difficile à expliquer, et dont je traiterai dans un livre particulier. Je vais continuer à parler des sens chez les autres animaux, et compléter ce qui me reste à dire à leur sujet.

Le toucher est le premier des sens dans l'homme (52) : le goût est le second. Les autres

ratur à multis. Aquilæ clariùs cernunt : vultures sagaciùs odorantur : liquidiùs audiunt talpæ obrutæ terrâ, tam denso atque surdo naturæ elemento. Præterea voce omnium in sublime tendente sermonem exaudiunt : et si de iis loquare, intelligere etiã dicuntur, et profugere. Auditus cui hominum primò negatus est, huic et sermonis usus ablati : nec sunt naturaliter surdi, ut non iidem sint et muti. In marinis ostreis auditum esse, non est verisimile : sed ad sonum mergere se dicuntur solenes. Ideò et silentium in mari piscantibus.

LXXXIX. 70. Pisces quidem auditùs nec membra habent nec foramina : audire tamen eos palàm est : ut patet, cùm plausu congregari feros ad cibum adsuetudine in quibusdam vivariis spectetur, et in piscinis Caesaris genera piscium ad nomen venire, quosdamque singulos. Itaque produntur etiã clarissimè audire, mugil, lupus, salpa, chromis, et ideò in vado vivere.

sont plus parfaits dans beaucoup d'animaux. L'aigle a la vue plus perçante, le vautour l'odorat plus exquis. L'ouïe est plus fine dans les taupes, quoiqu'elles vivent enfoncées sous la terre, le plus compact et le plus sourd des éléments. Encore que la voix monte, elles entendent ce qu'on dit; et si on parle d'elles, on prétend qu'elles le comprennent et qu'elles s'enfuient. L'homme à qui la nature a refusé le sens de l'ouïe, a été privé en même temps de l'usage de la parole. Quiconque est né sourd est nécessairement muet. Il n'est pas vraisemblable que les huîtres aient le sens de l'ouïe; on assure toutefois qu'au moindre bruit les dails se plongent : aussi le silence est-il nécessaire aux pêcheurs.

Les poissons n'ont point les organes de l'ouïe, ils n'ont pas même d'ouverture extérieure (53). Cependant la preuve qu'ils entendent (54), c'est que dans quelques viviers on les accoutume, en frappant des mains, à se rassembler pour recevoir leur nourriture. Dans les réservoirs de César, tous les poissons d'une même espèce accourent lorsqu'on les appelle : il en est même qui viennent seuls à leur nom. Aussi assure-t-on que le muge, le loup marin, la salpe, le chromis entendent très-bien, et que c'est par cette raison qu'ils vivent sur des bas-fonds.

XC. Olfactum iis esse manifestè patet : quipè non omnes eâdem escâ capiuntur : et priùs quàm adpetant, odorantur. Quosdam et speluncis latentes, salsamento illitis faucibus scopuli, piscator expellit, velutì sui cadaveris agnitionem fugientes. Conveniuntque ex alto etiàm ad quosdam odores, ut sepiam ustam, et polypum : quæ ideò conjiciuntur in nassas. Sentinæ quidem navium odorem procùl fugiunt : maximè tamen piscium sanguinem. Non potest petris avelli polypus : idem, cunilâ admotâ, ab odore protinùs resilit. Purpuræ quoque fœtidis capiuntur. Nàm de reliquo animalium genere quis dubitet? Cornùs cervini odore serpentes fugantur, sed maximè styracis : origani, aut calcis, aut sulphuris formicæ necantur. Culices acida petunt, ad dulcia non advolant.

71. Tactùs sensus omnibus est, etiàm quibus nullus alius : nàm et ostreis, et terrestrium, vermibus quoque.

XCI. Existimaverim omnibus sensum et

Il est évident qu'ils ont l'odorat (55), car ils ne se prennent pas tous à la même amorce, et avant que de la saisir, ils la flairent. Quant à ceux qui se cachent dans des trous, le pêcheur les force à sortir en frottant l'entrée de leur retraite avec du poisson salé; ils s'enfuient comme s'ils avoient horreur du cadavre de leurs semblables. On les voit même accourir de la haute mer à certaines odeurs, telles que celle de la sèche brûlée et du polype. C'est pourquoi on met dans les nasses la chair du polype et de la sèche pour servir d'appât. Ils fuient l'odeur de la sentine des vaisseaux, et surtout le sang de poisson. Il n'est pas possible d'arracher le polype des rochers; mais l'odeur de la sarriette lui fait quitter prise à l'instant. Les pourpres se prennent aussi à des amorces fétides. A l'égard des autres animaux, le fait est incontestable. L'odeur de la corne de cerf, et plus encore celle du styrax, met les serpens en fuite. L'odeur de l'origan, de la chaux vive et du soufre tue les fourmis. Les cousins cherchent les acides, et n'approchent point des choses qui sont douces.

Le sens du toucher est commun à tous les animaux, même à ceux qui sont privés de tous les autres; car il se trouve jusque dans les huîtres et dans les vers de terre.

Je croirois volontiers que le sens du goût

gustatûs esse : cûr enim alios alia sapes adpetant ? in quo vèl præcipua naturæ architectæ vis. Alia dentibus prædantur, alia unguibus, alia rostri aduncitate carpunt, alia latitudine ruunt, alia acumine excavant, alia sugunt, alia lambunt, sorbent, mandunt, vorant. Nec minor varietas in pedum ministerio, ut rapiant, distrahant, teneant, premant, pendeant, tellurem scabere non cessent.

XCII. 72. Venenis capreæ et coturnices (ut diximus) pinguescunt, placidissima animalia : at serpentes ovis, spectandâ quidem draconum arte : aut enim solida hauriunt, si jam fauces capiunt, quæ deindè in semet convoluti frangunt intûs, atque itâ putamina extussiunt : aut si tenerior est catulis adhuc ætas, orbe adprehensa spiræ itâ sensim vehementerque præstringunt, ut amputatâ parte, ceu ferro, reliquam quæ amplexu tenetur sorbeant. Simili modo avibus devoratis solidis, contentione plumam excitam revomunt.

XCIII. Scorpiones terrâ vivunt. Serpentes,

appartient à tous ; car enfin pourquoi toutes les espèces n'ont-elles pas les mêmes appétits ? et c'est en quoi se montre surtout la puissance de la nature , génératrice des êtres. Les uns saisissent leur proie avec les dents , les autres avec les ongles ; quelques-uns , selon que leur bec est crochu , large ou pointu , déchirent , arrachent ou creusent : d'autres sucent , lèchent , hument , mâchent , dévorent. L'usage qu'ils font de leurs pieds n'offre pas moins de variétés : ils s'en servent pour saisir , déchirer , tenir , serrer , se suspendre et gratter continuellement la terre.

Les chèvres et les cailles , animaux du caractère le plus paisible , s'engraissent de plantes venimeuses. Les serpens mangent des œufs , et ils le font avec une adresse remarquable. En effet , si leur gosier est assez large , ils les avalent entiers ; puis se repliant sur eux-mêmes , ils les cassent dans leur estomac , et rejettent les coquilles. Les jeunes qui ne peuvent avaler l'œuf entier , s'entortillent autour , le compriment peu à peu et avec tant de force , qu'ils en coupent le bout , comme pourroit faire un instrument tranchant ; ils avalent ce qui resta enfermé dans leurs replis. De même après avoir dévoré des oiseaux entiers , ils font un effort et rejettent les plumes.

Les scorpions vivent de terre : les serpens

cùm occasio est, vinum præcipuè adpetunt, cùm alioquì exiguo indigeant potu. Eadem minimo et penè nullo cibo, cùm adservantur inclusæ : sicuti aranei quoque, alioquì suctu viventes. Ideòque nullum interit fame aut siti venenatum. Nam neque calor his, neque sanguis, neque sudor, quæ aviditatem naturali sale augment. In quo genere omnia magis exitialia, si suum genus edère, antequàm noceant. Condit in thesauros maxillarum cibum sphingiorum et satyrorum genus : mox indè sensim ad mandendum manibus expromit : et quod formicis in annum solemne est, his in dies vel horas.

73. Unum animal digitos habentium herbâ alitur, lepus : sed et fruge solidipedes, et è bisulcis sues omni cibatu et radicibus. Solidipedum volutatio propria. Serratorum dentium carnivora sunt omnia. Ursi et fruge, fronde, vindemiâ, pomis vivunt, et apibus, cancris etiàm, ac formicis. Lupi, ut diximus, et terrâ in fame. Pecus potu pinguescit : ideò

sont très-friands de vin, lorsqu'ils trouvent l'occasion d'en boire : du reste ils boivent peu. Ils ne mangent presque rien lorsqu'on les garde enfermés. Il en est de même des araignées, qui mangent en suçant. Aussi nul animal venimeux ne périt de faim ou de soif; car ils n'ont point la chaleur, le sang, la sueur qui, par leur sel naturel, provoquent le besoin de manger et de boire. Tous ces animaux sont plus dangereux lorsqu'avant que de mordre ils ont mangé quelque bête de leur espèce. Les sphinx et les satyres mettent leurs alimens en réserve dans les poches de leurs joues; ensuite ils les tirent avec leurs pattes pour les manger : ils font pour chaque jour et pour chaque heure ce que les fourmis font pour l'année.

Le lièvre est le seul fissipède qui se nourrisse d'herbe. Les solipèdes se nourrissent d'herbe et de grain. Parmi les pieds-fourchus, le porc mange de tout, et même des racines. Les solipèdes sont naturellement pulvérateurs. Tous les animaux qui ont les dents en forme de scie sont carnivores. Les ours mangent des grains, des feuilles, des raisins, des fruits, des mouches à miel, des écrevisses même et des fourmis. J'ai déjà dit que les loups mangent jusqu'à de la terre, quand ils sont affamés. Le menu bétail s'engraisse en buvant, c'est pour-

sal illis aptissimus: itè veterina, quamquam et fruge et herbâ: sed ut bibere, sic edunt. Ruminant, præter jam dicta, silvestrium cervi, cùm à nobis aluntur: omnia autem jacentia potiùs quàm stantia, et hieme magis quàm æstate, septenis ferè mensibus. Pontici quoque mures simili modo remandunt.

XCIV. In potu autem, quibus serrati dentes, lambunt: et mures hi vulgares, quamvis ex alio genere sint. Quibus continui dentes, sorbent: ut equi, boves. Neutrùm ursi, sed aquam quoque morsu vorant. In Africâ major pars ferarum æstate non bibunt inopiâ imbrium: quam ob causam capti mures Libyci, si bibere, moriuntur.

Orygem perpetuò sitientia Africæ generant, et naturâ loci potu carentem, et mirabili modo ad remedia sitientium. Namque Gætuli latrones eo durant auxilio, repertis in corpore eorum saluberrimi liquoris vesicis. Insidunt in eadem Africâ pardi condensâ arbore, occultatique

quoi le sel lui est très-bon. Il en est de même des bêtes de somme, qui se nourrissent de grains et d'herbes : plus elles ont bu, plus elles mangent. Aux animaux ruminans dont j'ai déjà parlé, il faut ajouter les cerfs; ceux qu'on nourrit à la maison en sont la preuve. Ils ruminent plutôt couchés que debout, et plus l'hiver que l'été, pendant à peu près sept mois de l'année. Les rats pontiques ruminent aussi.

Quant à la manière de boire, les animaux qui ont les dents en forme de scie boivent en lapant; c'est ce que font les rats ordinaires, quoique leurs dents soient autrement disposées. Les animaux qui les ont continues boivent en aspirant, comme les chevaux et les bœufs. Les ours ont une manière toute différente: ils mordent l'eau. En Afrique, la plus grande partie des bêtes sauvages ne boit point pendant l'été, faute de pluies: qu'on fasse boire un rat de Lybie, il meurt (56).

Les déserts de l'Afrique produisent l'orix, qui ne boit jamais dans ces lieux toujours arides, et qui lui-même est un remède admirable contre la soif. Il est d'une grande ressource pour les voleurs Gétules, qui trouvent dans son corps des poches remplies d'une liqueur très-salubre. Dans cette même Afrique, certains léopards grimpent sur

earum ramis, in prætereuntia desiliunt, atque è volucrum sede grassantur. Feles quidem quo silentio, quàm levibus vestigiis obrepunt avibus! quàm occultè speculatæ in musculos exsiliunt! Excrementa sua effossâ obruunt terrâ, intelligentes odorem illum indicem sui esse.

XCV. 74. Ergò et alios quosdam sensus esse, quàm suprâ dictos, haud difficulter apparet. Sunt enim quædam his bella amicitiaque, undè et affectus, præter illa quæ de quibusque eorum suis diximus locis. Dissident olores et aquilæ; corvus et chlorens, noctu invicem ova exquirentes. Simili modò corvus et milvus, illo præripiente huic cibos: cornices atque noctua; aquilæ et trochilus, (si credimus) quoniàm rex appellatur avium: noctuæ, et ceteræ minores aves.

Rursus cum terrestribus, mustela et cornix: turtur et pyralis, ichneumones vespæ et phalangia aranei. Aquaticæ, et gaviæ. Harpe et triorches accipiter. Sorices et ardeolæ, invi-

un arbre touffu , et se cachant dans le feuillage ils se lancent , comme des oiseaux de proie , sur les animaux qui passent. Avec quel silence et quelle légéreté le chat se glisse vers les oiseaux ? comme il se tient en embuscade pour sauter sur la souris qu'il guette ? Cet animal cache ses ordures et les recouvre de terre , parce qu'il sait que cette odeur le trahit.

Il est aisé de reconnoître qu'il existe encore d'autres instincts dans les animaux ; car il y a entre eux des haines et des amitiés qui produisent beaucoup d'affections , indépendamment de celles que j'ai citées en traitant de chaque espèce. Les cygnes et les aigles se font la guerre , ainsi que le corbeau et le chloréus qui , pendant la nuit , cherchent les œufs l'un de l'autre. Cet état de guerre subsiste pareillement entre le corbeau et le milan ; le premier arrache à l'autre sa proie : entre la corneille et le chat-huant : entre l'aigle et le roitelet ; l'aigle , si la chose est croyable , étant jaloux qu'on donne à un autre le nom de roi : entre le chat-huant et tous les petits oiseaux.

Certains animaux terrestres vivent en guerre avec les volatiles : la belette avec la corneille : le pyralis avec la tourterelle : la guêpe ichneumon avec l'araignée phalange : la petite bernache avec la mouette : la harpaie avec la buse : le putois avec le héron , cherchant réciproque-

cem fetibus insidiantes. Ægithus avis minima cum asino. Spinētis enim se scabendi causâ atterens, nidus ejus dissipat : quod adeò pavet, ut, voce omninò rudentis auditâ, ova ejiciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur advolans ulcera ejus rostro excavat. Vulpes et nisi : angues, mustelæ, et sues. Æsalon vocatur parva avis, ova corvi frangens, cujus pulli infestantur à vulpibus. Invicem hæc catulos ejus ipsamque vellit. Quod ubi viderunt corvi, contrâ auxiliantur, velut adversus communem hostem. Et acanthi in spinis vivit : idcirco asinos et ipsa odit, flores spinæ devorantes. Ægithum verò anthus in tantum, ut sanguinem eorum credant non coire, multisque ob id beneficiis infament.

Dissent thoes ac leones. Et minima æquæ ac maxima. Formicosam arborem erucæ cavent. Librat araneus se filo in caput serpentis porrectæ sub umbrâ arboris suæ, tantâque vi morsu cerebrum adprehendit, ut stridens subindè,

ment à surprendre leurs petits : l'ægithé, oiseau de la plus petite espèce, avec l'âne. Celui-ci se grattant contre les épines, brise les nids de l'ægithé : cet oiseau en a une telle frayeur que, dès qu'il entend braire un âne, il renverse ses œufs, et que les petits eux-mêmes tombent d'effroi. Pour se venger, ils vole sur l'âne et lui déchire ses ulcères. Le renard est en guerre avec le busard : le serpent avec la belette et le porc. On nomme émerillon un petit oiseau qui brise les œufs du corbeau, et dont les petits sont poursuivis par le renard. L'émerillon, à son tour, fatigue à coups de bec les petits du renard et la mère elle-même ; à cette vue, les corbeaux viennent comme auxiliaires contre l'ennemi commun. Le chardonneret vit dans les buissons d'épine ; c'est pourquoi il hait les ânes, qui dévorent les fleurs de l'épine. L'anthus a une telle antipathie pour l'ægithé, qu'on prétend que leur sang ne peut se mêler, et qu'on lui attribue, par cette raison, le honteux avantage de servir à beaucoup de maléfices.

Les thos et les lions se font la guerre. Cette même antipathie se remarque dans les plus petits comme dans les plus grands animaux. Les chenilles évitent tout arbre où il y a une fourmilière. L'araignée voyant un lézard étendu au pied de son arbre, s'abat sur sa tête, et lui mord le cerveau avec tant de force

ac vertigine rotata, ne filum quidem desuper pendentis rumpere, adeò non fugere queat: nec finis antè mortem est.

XCVI. Rursùs amici pavones et columbæ: turtures, et psittaci: merulæ, et turtures: cornix et ardeolæ, contrà vulpium genus communibus inimiciis. Harpe et milvus contrà triorchem. Quid, non et affectûs indicia sunt etiàm in serpentibus, immitissimo animalium genere? Dicta sunt quæ Arcadia narrat de domino à dracone servato, et agnito voce draconi. De aspide miraculum Phylarcho reddatur: is enim auctor est, cùm ad mensam cujusdam veniens in Ægypto aleretur adsiduè, enixam catulos, quorum ab uno filium hospitis interemptum: illam reversam ad consuetudinem cibi, intellexisse culpam, et necem intulisse catulo, nec postea in tectum id reversam.

XCVII. 75. Somni quæstio non obscuram conjectationem habet. In terrestribus, omnia quæ conniveant, dormire manifestum est. Aquatilia quoque exiguum quidem, etiàm

que , frémissant tout à coup , agité de convulsions , il ne peut ni fuir ni même rompre le fil de l'araignée suspendue au-dessus de lui : il meurt sur la place.

D'un autre côté, il règne une grande amitié entre les paons et les pigeons , entre les tourterelles et les perroquets , entre les merles et les tourterelles. La corneille et le héron s'unissent par une haine commune contre le renard : la harpaie et le milan contre le triorchès. Les serpens eux-mêmes , les plus cruels de tous les animaux , n'ont-ils pas donné des preuves touchantes d'affection ? J'ai cité ce que l'Arcadie raconte d'un jeune homme sauvé par un serpent qu'il avoit nourri , et qui reconnut sa voix. Philarque rapporte un fait merveilleux d'un aspic. Il dit qu'en Égypte un de ces reptiles venoit chaque jour à la table d'un homme recevoir sa nourriture. Un de ses petits donna la mort au fils de son hôte : l'aspic venant à l'ordinaire prendre son repas , reconnut le crime , en fit justice , et ne reparut plus dans la maison.

Le sommeil des animaux présente une question facile à résoudre. Il est évident que , parmi les animaux terrestres , ceux qui peuvent fermer leurs paupières , dorment. Les auteurs qui révoquent en doute le sommeil des autres animaux , con-

qui de ceteris dubitant, dormire tamen existimant : non oculorum argumento , quia non habent genas : verum ipsam quiete cernuntur placida , ceu soporata , neque aliud quam caudas moventia , et ad tumultum aliquem expavescentia. De thynnibus confidentius affirmatur : juxta ripas enim aut petras dormiunt. Plani autem piscium in vado , ut manu saepe tollantur. Nam delphini balænaeque stertentes etiam audiuntur. Insecta quoque dormire silentio apparet , quia ne luminibus quidem admotis excitentur.

XCVIII. Homo genitus premitur somno per aliquot menses : deinde longior in dies vigilia. Somniat statim infans : nam et pavore expergiscitur , et suctum imitatur. Quidam verò numquam : quibus mortiferum fuisse signum contra consuetudinem somnium , invenimus exempla. Magnus hic invitat locus , et diversis refertus documentis , utrumne sint aliqua praescita animi quiescentis : quae fiant ratione , an fortuita res sit , ut pleraque. Et

viennent cependant que les poissons dorment un peu. Ce n'est pas à leurs yeux qu'on le reconnoît, puisqu'ils n'ont pas de paupières. Mais dans le repos, on les voit tranquilles, comme s'ils étoient assoupis, ils ne remuent que la queue, et s'agitent avec effroi au plus léger bruit. On peut parler plus affirmativement des thons; car ils dorment le long des rivages et des rochers. Les poissons plats dorment sur le sable, au point qu'on les prend à la main. Quant aux dauphins et aux baleines, on les entend même ronfler. Les insectes dorment aussi; on le juge à leur silence: on peut alors approcher d'eux une lumière, sans qu'ils fassent aucun mouvement.

L'homme, pendant les premiers mois de sa vie, dort presque continuellement (57): ensuite il veille de jour en jour davantage. L'enfant rêve dès les premiers temps; car il se réveille effrayé, et suce ses lèvres, comme s'il téttoit. Il est des hommes qui ne rêvent jamais. S'il leur arrive de rêver, contre leur usage, c'est pour eux un signe de mort. On en a vu plusieurs exemples. L'ame, pendant qu'elle repose, voit-elle l'avenir? par quel moyen s'opère cette prévision? n'est-elle qu'une chose fortuite, comme bien d'autres? Ce seroit ici le moment d'agiter cette question; elle donneroit lieu à de grandes discussions; et si l'on vouloit se dé-

si exemplis agatur, profectò paria fiant. A vino et à cibis proxima, atque in redormitione, vana esse visa, propè convenit. Est autem somnus nihil aliud, quàm animi in medium se se recessus. Præter hominem somniare equos, canes, boves, pecora, capras, palàm est. Ob hoc creditur et in omnibus quæ animal pariant. De iis quæ ova gignunt, incertum est: sed dormire ea, certum.

Verum ad insecta transeamus.

